® **cymiterium** *vide* cimiterium
cynicus, -a, -um i. acer maledicus :148, 5 de carmine magico
® **cythara** = cithara Gertz S

| A | B | C | D | E | F | G | H | I | K | L | M | N | O | P | Q | R | S | T | U | V | X | Y | Z |

Præfatio — Ad usum — Index abbreviationum — Tota editio 1996 — Tota editio 1997

| A | B | C | D | E | F | G | H | I | K | L | M | N | O | P | Q | R | S | T | U | V | X | Y | Z |

Præfatio — Ad usum — Index abbreviationum — Tota editio 1996 — Tota editio 1997

Vademecum in opus Saxonis et alia opera Danica compendium ex indice verborum

Hoc est tomus II (auctore Franz Blatt) operis Gesta Danorum ut appellantur; tomus II labori meo fuit fundamentum, sed necessitate coactus omnia errata atque delicta in huius temporis scriptorio facta emendavi ut spero. Notionibus modo et constructionibus servatis omnes pæne notas ad textum nonnisi exempli gratia omisi ad unumquemque locum celeriter perspiciendum; id quod in animo habebam. Angulatis uncis [ ] propria ad deliberandum digna annotavi et omni tempore cum RH signavi. Facultates mechanicae omnes magistros linguae latinae ex amatoribus in exploratores huius artis fecerunt; ob eam causam supplementa huius opusculi sequentur et nos complures et varios auctores cognoscere et legere sperabimus.

Reimer Hemmingsen
Porsevænget 5
DK-8600 Silkeborg

Ad usum

Ordo post lemmata hic est:

- Si satis est significationem simplicem afferre, divisionem non invenies.
- Quod nisi ita est, divisio notionum et constructionum est haec:
- Voces quae in duo sola capita dividendae sunt, parvis litteris (a-b etc.) dividuntur
- Secundo numeri arabici adhibentur (1 a-b; 2 a-b etc.)
- Tertio litterae maximae adhibentur (A 1 a-b;2 a-b;B 1 a-b, 2 a-b etc.)

- Quarto numeri Romani adhibentur (I A 1 a-b;2 a-b;B 1 a-b, 2 a-b; II identidem etc.)

Voces ordine alphabetico afferuntur ita tamen ut participia post verba, adverbia post adiectiva ponantur; ut participia et adverbia derivata esse monstretur, lemmata ista a margine maiore spatio separata sunt.
* ante lemma ostendit non omnes locos Saxonicos allatos esse;
‡ ostendit vocem ante finem sexti saeculi post Chr. natum inveniri non posse;
[ ] indicantur alia ad recensionem vel ad formas pertinentia.

Index abbreviationum

aa, bb etc. pro littera Graeca
abs. absolute
adi. adiectivus/adiective
app. apponitur
c. cum
coni. coniunctivus
consec. consecutivus
demin. deminutivus
demonstr. demonstrativus
e.g. exempli gratia
enunt. prim. /sec.
enuntia prima
enuntia secunda
f. femininum
g.c. genus commune
gr. graece
i.e. id est
imp. imperativus
i.q. idem quod (synonyma)
m. masculinum
n. neutrum
obi. obiectus
opp. opponitur
pers. persona
pos. positivus
poss. possessivus
q.v. quod vide
® id quod in Indice Saxonis non est
RH meo iure et culpa in Latinum translatum, citatum vel explicatum
sc. scilicet
sim. similia
sqq. sequentes
subi. subiectivus / subiectum
superl. superlativus
s.v. sub voce
syn. synonymon
t.t. terminus technicus
v. vide

Gertz M: Scriptores minores historiae danicae.Vol. I et II
Gertz S: Vitae sanctorum danorum Libellus I, II et III
MGH: Monumenta Germaniae Historica Scriptorum
A.M. Albertus Magnus Ausgewählte Texte Darmstadt 1981

| A | B | C | D | E | F | G | H | I | K | L | M | N | O | P | Q | R | S | T | U | V | X | Y | Z |

Præfatio — Ad usum — Index abbreviationum — Tota editio 1996 — Tota editio 1997

D

® **dare** = facere *c.acc. c. inf.* Gertz S 224, 39; Gertz M: dare sententiam = mandare, imperare; iuncturae: dare excursum = excurrere = excursiones/incursiones facere; dare alicui intelligere = significare ; dato quod = etiamsi
dæmon, -is m.1 de gigantibus (lingua nostra `jette´) sive de quolibet spiritu malefico 2 de dis paganis (sensu christiano)
® **dalmatica** sc. vestis catholica in missa
damnatio, -nis actus damnandi, sententia iudicis vel iudicum, repudiatio 1 generatim a nude b c.gen.2 speciatim a de curiæ vel comitatus damnatione b de excommunicatione 312, 7
damno, -avi I i.q. sententiâ iudicali afficio (speciatim in comitatu et generatim) A sensu strictiore 1 nude 2 c.abl.rei B sensu latiore 1 c.acc. 2 c.acc. et dat. II i.q. coerceo III i.q. improbo, reprehendo, repudio A c. acc. B c.acc. et gen rei
  damnatus, -a, -um i. iudicali sententia affectus
damnosus, -a, -um i. damnum inferens
  damnose i. cum damno, ita ut damnum inferatur
damnum, -i 1 c. gen.obi. i.q. actio amittendi, detrimentum 2 c. gen. definitionis i.q. vitium 3 abs. vel c. gen. poss. i.q. clades, calamitas 4 c. gen. eius rei quæ vitium infert
® **dapifer =** teutonice Drost et alia vocabula teutonica afferri possunt ut coquus/signifer/vexillarius/præfectus; fortasse omnia officia continet et sine dubio proximus domino est RH.
daps, -is i.q. cibus, edulium, esca 1 sing. 2 plur. (hic illic i.q. epulæ)
dapsilitas, -tis i.q. munificentia, liberalitas; Gertz M = opulentia
datio, -nis i. actio dandi 1 abs.2 c.gen. 444, 30 fidei (de homagio vel obsequio)
dator, -is de eo qui dat
*__de__ 1 separationem indicat 2 spectat ad initium separationis vel potius ad principium mutationis i.q- ex (cf. 398, 35);de = ab 3 pro gen. partitivo a *c.pron. indefinito* b nude 4 de (causa) i.q. propter 5 indicat res et personas ad quas attinet actio verbalis vel *adi. i.q.* circa;quod attinet ad 6 indicat animantia pænâ, victoriâ, supplicio afflicta 7 locutiones variæ a *de industria i.q. sua sponte* b *de cetero i.q. in futurum;* Gertz M depost = postea, desubtus = subter indutus ex pellibusII, 272, 8;de facili = in/ex facili (subst.n. post Liv.) = facile *opp.* in difficili Georges, de novo = denuo;de futuro, de cetero = in posterum; de die = luce, de sero = vesperi, de nocte = noctu; *apud verba sentiendi saepe* de/ex/in pro abl. e.g. lætari de aliqua re : etiam Cic.;de vulnere mori *pro* causa vulneris, de licentia = suo arbitrio libero Gertz M I, 231, 16; de iure = iure, de facto = re vera
dea, -æ i. numen paganum generis feminini 150, 27
® **deambulare** = ambulare Gertz M
® **deaurare** = aurare
debacchatio, -nis i. furor, insania
debacchor, -atus sum ari i.q. sævio, furo
debello, -avi i.q. (bello) devinco, prosterno, supero
*__debeo__, -ui, -itum, -ere 1 c.acc. et dat. i.q. ab aliquo acceptum habeo, reddere habeo 2 c.inf. (*hic illic*

*plusqupf. pro impf., e.g.*313, 24) i.q. necessitate coactus sum a *pro subiecto res, fere i.q*. necesse est 12, 3 *c. negatione. i.q.* deceo b *pro subiecto* homines i.q. officium habeo (nota locum addubitatum 321, 21 salutem cociliare (*sc. si omnia naturæ ordine facta essent*) nota sensum debilitatum 53, 4 f.f.); Gertz M: debere ad futurum tempus designandum

debitus, -a, -um de iis rebus quæ alcui reddenda sunt 1 c. dat. 2 nude *vi verbali exstiincta i.q*. meritus, decens, iustus; Gertz M = idoneus

® **debite** = convenienterRH

debitum i.q. necessitas, officium 1 generatim 2 speciatim a de officio comitis b de censu; Gertz M naturæ debita i.e. terræ reddendo membra, animam remittendo caelestibus II, 395, 27; = expensum = aes alienum

debilis, -e i.q. virium expers, imbecillus, infirmus 1 adi. a nude b c. abl. 2 subst.

debilitas, -tis i.q. infirmitas, vitium 1 spectat ad corpus a generatim b speciatim de clauditate 2 spectat ad mentem

® **debiliter = ægre**

debilito, -avi 1 i.q. infirmo, debilem reddo 2 i.q. minuo: Gertz M debilitare naves inferius i.e. navem perforare ad navem deprimendam I, 269, 11.

debitor, -is 1 proprie de eo qui pecuniam vel censum debet a c.gen. b abs. 2 translate de eo qui aliquid alicui reddere debet

® **debriatus =** inebriatus, ebrius Gertz S 114, 5

® **decanus** = primus canonicorum Gertz S

® **decapitare** = caput praecidere alicui Gertz M

decas, -dis i.numerus decem hominum

***decedo**, -ssi, -ssum, -dere i.q. vita decedo, morior

decem i. numerale 1 addito alio numero 2 nude

decenter i.q. apte, convenienter, honeste 2 comp.151, 22 3 sup.532, 32

® **decertare** = ad aliquod faciendum Gertz S

® **decertare ut =** studiose operam dare "

decet, -uit i.q. convenit, congruit 2 c.obiecto 3 c.(acc.c.) inf. 4 c. ut

deceptor, -is i.q. seductor, fraudator

***decerno**, -crevi, -cretum, -cernere 1 i.q. decerto.pugno, confligo a nude b additur is cum quo pugnatur c *c.abl. instr*. 2 i.q. statuo, constituo a *c.acc.(hic illic accedit dat.)* b *c. duobus acc.* c *c.inf*. d sequitur ut

® **deciduus** = caducus, transitorius Gertz S

decretus, -a, -um i.q. fixus, constitutus

decretum, -i i.q. iussum 1 generatim a nude b c.gen. 2 speciatim de regis decreto

decerpo, -si, -tum, -ere 1 in imagine i.q. carpo 2 translate a i.q. eligo b i.q. demo, minuo

decerto, -avi 1 proprie de pugna i.q. certamen conficio a *intr*. b *trans. i.q.* decerno 2 translate de tesserarum ictu 363, 29

dêcido, -i [, *-di ita ut aliud verbum decido*RH], ere 1 proprie i.q. deorsum cado, corruo 2 translate i.q. pereo

dêcîdo, -di, sum, -dere i.q. decerno, discepto

® **decimare =** decimum occidere, novem hominibus parcere Gertz M II, 419, 7

decimus, -a, -um1 adi.2 subst. (sc. pars) i.q. vectigal frumenti; decima/æ:decimam exigere/dare; decumanus = qui pretium conductionis redimit RH

decipio, -cepi, -ceptum, -cipere i.q. fallo, cicumvenio, frustror (c.acc.)
® **declamare** = dicere, pronuntiare Gertz S
declaro, -avi 1 i.q. planum facio, prodo, expono a *c.acc.* b *c.acc. c. inf.* 2 i.q. renuntio, nuncupo 3 i.q. convoco, cogo 4 i.q. denuntio, defero
declinatio, -nis de motu deflectendi, vitandi, deviandi 1 abs. 2 c.gen.; *c.gen.definitionis*
declino, -avi 1 i.q. deflecto, viam alio flecto (intr.) 2 i.q. vito a c.acc. b nude; **declinare ad** = deverti Gertz S 268, 5
® **declinus =** inclinatus Gertz S
decoctio, -nis i. actus decoquendi; decoctio = liquor : *danice: suppe*;liquorem decoquere ; vinum decoctum (Livius);aliquid usque ad tertiam partem decoquere
® **decollare** = securi percutere alqm.
decoquo, -xi, -ctum, -quere i. magno calore liquefacio 1 c.acc. rei affectæ 2 c.acc. rei effectæ
® **decoriare** (de ? corium) :pellem eius decoriare = pellem detrahere alicui RH
decor, -is m [cf. decus] 1 i.q. gratia, nitor, venustas (sc. id quod decet) a c.gen b abs. 2 i.q. nobilitas, laus, honos
decoro, -avi i.q. augeo, orno, illustro 1 c.acc.et abl. 2 c.acc.
decorus, -a, -um i.q. pulcher, gratus, speciosus
® **decretum** = approbatio Gertz S
® **decrustatus** = crusta tecti praeditus Gertz S *suspicatus est mendum pro* `devastatus´sive `destructatus ´. 165, VI, 2
decubo, -are i.q. (in terra) iaceo
decumbo, -bui, -mbere i.q. (in terra) me colloco, prosternor
decurro, -cucurri vel curri, -cursum, -currere 1 intr. a proprie i.q. deorsum celeriter moveo (de hominibus) b de aquis mare petentibus c i.q. confugio(c.ad) d i.q. percurro e i.q. evado, mutor 2 trans. a de loco b de tempore; Gertz M decursis aliquantis annis = progrediente temporeRH c i.q. perlego
‡**decurso**, -avi i.q. ultro et citro curro, tripudio 162, 24 more scænico
decursus, -us i.q. actio aufugiendi 2 i.q. actio celeriter se movendi 3 i.q. incursio.
decus, -oris 1 i.q. pulchritudo, venustas 2 i.q. laus, honor, splendor 3 i.q. ornamentum
decusatus, -a, -um i.q. procusus (de ære exquisitâ operâ fabricato), fortasse i.q. venustas(cf. decus) 70, 30 201, 1
decutio, -ssi, -ssum, -tere i.q. deicio, violenter eripio
dedecet, -uit -ere i.q. non decet
dedecus, -oris 1 i.q. ignominia, infamia, turpitudo a c.gen. vel pron. poss. b c. gen definitionis 2 i.q. factum ignominiosum
dedicatio, -nis i.q. actio ecclesiæ dedicandæ 320, 9 320, 12
dedico, -avi 1 i.q. addico, tribuo 2 de sacra epularum præfatione 3 de consecratione ecclesiæ
® **dedignanter** = contemptim RH
dedignor, -atus sum, -ari fere i.q. omitto, neglego
dediticius, -i m. i.q. qui in fidem alicuius se dedit
deditio de actione se dedendi hostibus, traditio (in re militari) 1 c.gen vel pron. poss. 2 sine gen.
dedo, -didi, -ditum, -dere 1 abs. i.q. trado me 2 i.q. trado a c.acc.et dat. b c.acc.
deditus, -a, -um, - 1 i.q. qui se hostibus dedidit, dediticius 2 i.q. intentus, studiosus (c. dat.) a in bonam partem, speciatim 133, 23 militiæ (i.sacramento militiæ obligatus, miles) b in malam partem

deduco, -xi, -ctum, -cere proprie i.q. duco, abduco (sensu locali) a generatim b *speciatim t.t. iuridicalis* 2 translate a i.q. traho b i.q. profero, refero c i.q. redigo d i.q. alo, augeo e i.q. do, verto f i.q. ago, dego; Gertz M vitam deducere =ducere.
® **defalcare =** *proprie* falce (segetem) demetere ;*translate* detrahere, deminuere
defatigatus, -a, -um i.q. defessus
*__defectio__, -nis 1 i.q. actio deficiendi, rebellio, seditio a *c.gen.vel pron.poss.* b sine gen. 2 i.q. actio deserendi, omittendi
defector, -is i.qui ab aliquo deficit, desertor, transfuga
defectus, -us 1 abs. i.q.defectio 2 c.gen. a rei quæ parum successit b inopiæ
® **defe(oe)dare** = **foedare** (< foedus) =deformare, corrumpere;*translate* Gertz M initium regni ne defedaret = pollueret I, 420, 21
defendo, -di, -sum, -dere 1 i.q. tueor, servo a homines *c.abl. instr.*, sine abl.instr.116, 28 b res corporeas c.abl.instr. c incorporalia c.abl.instr. 2 t.t. iuridicalis 3 i.q. excuso
defensio, -nis i.q. actio defendendi, propugnatio, patrocinium 1 manu armisve a c.gen.vel pron.poss. b c. gen.obi. 2 verbis a generatim c, gen obi. b *speciatim t.t. iuridicalis c.gen poss.*
defenso, -avi i.q. tueor
defensor, -is i.q. is qui defendit, propugnatur 1 c.gen.obi. 2 nude
® **defensura** = defensio Gertz S 223, 27
defero, -tuli, -latum, -ferre 1 i.q. aufero 2 i.q. affero, apporto, adveho(*pro obi*.res corporeæ) a *c.acc, solo* b *c.dat*. c: *c.* ad d: *c.* in 3 i.q. tribuo, præsto (*pro obi* incorporalia) a *c.acc. et dat*.b *c.dat. solo* 4 i.q. nuntio, refero, indico a generatim c.acc. ; *c.acc c. inf*.b speciatim i.q. arguo, accuso; Gertz M II, 231, 8 : deferre = animum non attendere ad aliquid, neglegere, contemnere, omittere RH
defessus, -a, -um i.q. fatigatus 1 adi.2 subst.
*__deficio__, -feci, -fectum, -ficere 1 intr. a i.q. descisco, desisto :*abs. c:*. ab, *c*:.ad b i.q. degenro c *i.q.* inferior sum d i.q. non sum 2 trans. i.q. destituo, desero, non suppeto a act. b pass. (c. abl.) 3 c. inf. i.q. non possum
defectus, -a, -um nonnisi comp. i.q. deterior 1 de hominibus 2 de re
defigo, -xi, - gere 1 proprie i.q. affigo a c. acc. b c.abl. c c. gen. d c.præp. vergit in notionem ponendi 385, 12 2 translate pass. i.q.versor
definio, -vi, -tum, -re i.q. statuo, constituo, certe indico 1 c.acc. 2 c.acc.c.inf.
definitio, -nis 1 i. indicatio certa a c.gen.obi.b nude 2 i.q.præceptum, edictum (de litium cognitione) 525, 6
deflagro, -avi i.q. comburo
deflecto, -xi, -xum, -ctere i.q. alio flecto, verto 1 proprie 2 translate 24, 21
defleo, -vi, -tum, -re 1 i.q. fleo 2 i.q. lamentor a c.acc. b c.acc. c. inf.
deflexus, -us 1 de actione itineris flectendi, flexio 2 i.q. mutatio
defluo, -xi, -xum, -ere 1 de aqua i.q. fluo 2 i.q. convenio 3 i.q. pereo
defodio, -di, -ssum, -dere 1 i.q. condo, recondo 2 i.q. fodio, fodiendo facio
® **deforis** = extrinsecus Gertz S 107, 22
deformis, -e 1 proprie i.q. corpore distortus 2 translate i.q. turpis, infamis a de hominibus b de rebus c. abl.sive sine abl., c.inf.
deformiter i.q. cum dedecore, turpiter, fæde fere i.q. impudenter 490, 7
deformitas, -tis 1 i.q.forma prava, aspectus deformis a c. gen.b nude 2 i.q. turpitudo, dedecus a c.gen. b

nude
defossio, -nis i.q. actio defodiendi, recondendi
defundo, -di, -sum, -ndere i.q. effundo 1 generatim 2 speciatim in libatione
defungor, -ctus sum, -gi 1 i.q. perfungor, privor (c. abl.) 2 i.q. morior a c.abl. b nude
defunctus, -a, -um i.q. mortuus
degener, -is i.q. qui a virtute maiorum recedit
degenero, -avi 1 i.q. degener fio, deficio 2 impersonaliter
degeneratus, -a, -um i.q. dehonestatus
dego, -ere i.q. ago, vivo 1 c.obi. 2 abs.; = esse, manere Gertz S 268, 8
degusto, -avi.q. (gustando) experior (nonnisi translate)
dehinc i.q. deinde(spectat ad tempus præteritum)
dehonestamentum, -i i.q. contumelia, turpitudo
® **dehortari** = dissvadere
deicio 1 proprie i.q. deorsum iacio 2 i.q. demitto 3 translate i.q. frango; Gertz S 109, 17 deiciendo levare
deiectus, -a, -um 1 i.q. humilis, tenuis a subst. b adi.2 i.q. perturbatus, animo abiectus
deiectio, -nis i.q. demolitio
deinceps i.q. deinde, ab eo tempore, in futurum
***deinde** 1 de spatio i.q. ab eo loco 2 de tempore i.q. postea, exinde, tum;ponitur cum primo loco e, g.48, 18 tum secundo 33, 7 3 in enumeratione 4 i.q. proinde; = propterea Gertz S 193, 4
deintus i.q. intra; = ex interiore parte Gertz S 107, 23
® **deipara** (gr. theotokos, < deus et pario: cognomen virginis Mariae quae deum peperit RH, Gertz M II, 345, 7
deitas, -tis i.q. deus, numen; = divinitas, dei essentia Gertz S 86, 20
delabor, -psus sum, -bi 1 i.q. decido, devolvor, deorsum labor 2 i.q.pervenio 3 i.q. desilio a c.abl.b sine abl.4 i.q. decedo5 i.q. elabor, effugio
delatio, -nis i.q.actio deferendi, denuntiandi, indicium deferendi
delator-is i.q. qui indicium defert
delectamen Gertz M/Saxo:**delectamentum**, -i i.q. delectatio, gaudium
delectatio, -nis i.q. gaudium, oblectatio
delecto, -avi i.q. delectatione afficio 1 active a abs. b c.acc.2 pass, c. abl.
delectatus, -a, -um i.q. lætus(c.abl.)
delectus, -us i.q. electio, actio eligendi 1generatim a sine gen.b c.gen.subi. c *c.gen. obi*. 2 speciatim de electione a: regis b: pontificis c: clericorum d: tutorum reguli
delego, -avi 1 i.q. committo, trado 2 i.q. mitto (publici negotii causa) ; = constituere Gertz S 90, 20
delenimentum i.q. blandimentum 1c.gen. 2 nude
delenio, -ivi, -itum, -ire 1*pro obi*. homines i.q. placo, permulco a c.abl.instr. b sine abl. 2 *pro obi* incorporalia i.q. lenio a c. abl. instr. b sine abl.
deleo, -evi, -etum, -ere : pro obi.homines i.q. opprimo 1 c. abl.instr. 2 sine abl. instr.
deliberatio, -nis i.q. actio deliberandi, perpendendi 1 c.gen.2 nude
delibero, -avi i.q. perpendo(nusquam i.q. libero); c.quæstione disiunctiva 511, 19
delibo, -avi i.q. degusto 1 proprie2 translate 107, 20
delibutus, -a, -um i.q. imbutus
delicatus, -a, -um 1 i.q. tener, subtilis 2 i.q. luxuriosus, mollis

deliciæ, -arum i.q. oblectamenta 1c. gen.vel pron.poss. 2sine gen.
deliciosus, -a, -um i.q. voluptarius, luxuriosus; Gertz M: **deliciose** adv.
deligo, -legi, -lectum, -ligere i.q.lego, eligo, opto 1 c.acc.a homines b res2 c.inf. 3 c. quæstione disiunctiva
delectus, -a, -um 1 *adi. i.q.* optimus, egregius 2 *subst.* de militibus maxime idoneus
delinquo, -qui, -ctum, -nquere i.q. erro, pecco
delinquens, -tis i.q. qui delictum commisit
delictum, -i i.q. peccatum, culpa 1 c.gen. vel pron poss. 2 sine gen.
® **delinire** = delenire, mitigare Gertz S 381, 12
deliramentum, -i i.q. ineptiæ, amentia1 c.gen. 2 sine gen.
delirans, -tis i.q. amens, cæcus
delirus, -a, -um i.q. amens, demens
‡**deliteo**, ere i.q. lateo
delitesco, -ui, -escere i.q. me abdo, lateo
delphinus, -i m. i. animal marinum
delubrum, -i de templo paganorum 261, 34
deludo, -si, -sum, -dere i.q. fallo 1 c.abl. 2 sine abl.
demando, -avi i.q. mando; iubere = mandata dare alicui Gertz S 104, 14
demens, -tis i.q. amens, mente captus
® **dementatus** sc. per ebrietatem Gertz M II, 272, 22
dementia, -æ de eius condicione qui mente captus est 1 c. gen. vel pron. poss.2 sine gen.
dementio, -vi, -tum, -re i.q. insanio, amens sum
demereor, -itus sum, -eri 1 i.q. mereor 2 i.q. immeritum, indignum me facio, fere i.q. amitto
demergo, -si, -sum, -gere i.q. submergo
® **demerita** plur.n.= male facta Gertz M II, 119, 8
demeto, -ssui, -ssum, -tere 1 proprie i.q. metendo deseco 2 in imagine i.q, abscido
deminuo v. **diminuo**
deminutio v. **diminutio**
demitto, -si, -ssum, -ttere i.q. deorsum mitto, defero, summitto ; *pass.* in genua procumbo, genibus nitor
demissus, -a, -um 1 proprie a i.q. pronus b i.q. deorsum versus, summissus 2 translate i.q. oppressus, depressus, humilis
demisse i.q. summisse, humiliter
demo, -psi, -ptum, -ere i.q. adimo, tollo 1 c.acc. et dat. 2 c. acc. solo
demolior, -itus sum, -ri 1 pro obi res corporeæ i.q.diruo, destruo a *c.abl.instr*. b sine abl. 2 pro obi. incorporalia i.q. exstinguo a c.abl. instr. b sine abl.
® **demoniacus** = a demonio obsessus GertzS 274, 12
demonstro, -avi i.q. monstro, ostendo 1 proprie a *c.acc.* b *c.acc. c. inf.* 2 translate i.q. verbis monstro
demorior, -tuus sum, -i i.q. morior
demoror, -atus sum, -ari i.q. moror; = extrahere Gertz S 99, 15; Gertz M II, 311, 17 = versor
demulceo, -si, -ctum, -ere i.q. permulceo, mitigo
***demum** i.q. tandem, denique, postremo a alii particulæ postponitur b particulæ cum ante ponitur c particulæ apponitur d nude 2 i.q. dumtaxat, tantum 3 *vi debilitata i.q.*omnino, in universum
demutilo, -avi i.q. mutilo, detrunco, privo

denarius, -i m. de nummorum genere (danice `penning´)
denego, -avi i.q. nego 1 *c.acc.et dat.* 2 *c.acc. c. inf.*
® **denigrare** = nigro colore inficere Gertz M I, 87, 29
deni, -æ, -a i.q. decem 1 sensu distributivo 2 sine sensu distributivo 72, 31
denique 1 i.q. postremo a nude (primo loco ponitur) b in enumeratione 2 i.q. demum 3 i.q. omnino; Gertz M denique *pro* nam e.g. II, 187, 6
® **denominare** = nominare; = constituere Gertz M II, 35, 20
denoto, -avi 1 i.q manu significo, digito monstro 2 i.q. eligo, duco 3 i.q.observo c.acc. c. inf. 4 describo 5 fere i.q. interpretor, vaticinor; Gertz M denotare = aliquem afficere ignominia
dens, -tis de animalium instrumentis mandendi; ad cognomen explicandum 207, 2 (Hyldetan)
densitas, -tis i.q. spissitudo;= frequentia Gertz S 83, 15
denso, -avi 1 i.q. densum, spissiorem facio, formo 2 i.q vestio
densus, -a, -um i.q spissus1 adi 2 subst.
® **denudare** periphrastice i.q. solvere A.M. de homine: intellectus denudat a sensibus
denuntiatio, -nis i.q. actio denuntiandi, indicendi 1 c.gen poss. 2 c.gen obi.
denuntio, -avi 1generatim i.q. nuntiando sollemniter declaro, definio(notione minitandi sæpe subeunte) patefacio a c.acc. b *c.acc c.inf*. 2 *speciatim et technice* a in re militari (Gertz S = nuntios mittere 111, 15 b in re iudicali
*__denuo__ de rebus restituendis renovandisque i.q. de integro, de novo, iterum
denupta, -æ i.q. nupta (c. dat.)
® **deornare** Gertz M = deformare, depravare I, 482, v.10
® **deortari** = **dehortari**
depasco, -vi, -stum, -scere i.q. devoro 2 translate
® **depauperare** = ad inopiam redigere
depecto, -xi, -xum, -ctere i.q. diligenter pecto
depello, -puli, -pulsum, -pellere 1 proprie i.q. de superiore loco moveo, amoveo 2 sensu latiore a aliquid arceo, prohibeo b alicuius mentem amoveo
dependeo, -i, -ere i.q. deorsum pendeo
dependo, -di, -sum, -dere 1 i.q. solvo 2 i.q. facio
depensus, -a, -um i qui ab aliqua re dependet
depereo, -ire 1 i.q morior (de hominibus)2 i.q. amittor, demor (de rebus)
® **depigrare** Gertz *proposuit pro* **denigrare** : depigrare = mollire, (re)laxare
depingo, -nxi, -ctum, -ngere i.q. pingo, colore effingo.
deploro, -avi i.q. defleo, lugeo, conqueror 1 c..acc. 2 c.duobus acc.
*__depono__, -sui, -situm, -nere 1 strictiore sensu (locali) a i.q. deorsum pono, demitto b i.q. colloco c i.q. exuo (de vestimentis) 2 latiore sensu i.q. omitto (*opp.*. retineo) a generatim b spciatim de dignitate, magistratu, titulis exeundis, abdicandis, amittendis; = humare Gertz S 202, 5; Gertz M deponere = in iudicio verbis exprimere II, 254, 11 RH
depositum, -i i. res deposita c.gen.; speciatim de pecunia 345, 29; Gertz M II, 299, 17 :tabula antiqua et iam deposita ;RH = ut ecclesia eam conservaret, Gertz M : = iam reiecta quia contemnenda sit
depopulor, -atus sum, -ari i. vasto, prædor; Gertz M *etiam active*:depopulare
deportatio, -nis i. actus deportandi
deporto, -avi i.q. aufero, amoveo, deduco; Gertz M iussa deportare = iussa deferre regi danico

deposco, -poposci, -poscere i.q. posco, peto, exigo 1 generatim a c.acc. b *c.duobus acc.* c *c. acc. et dat.* d *c.acc. et* ab e *c.acc. et* ex f *c. acc. c. inf.* g *c.coniunctivo* 512, 26 2 speciatim a in matrimonium b in pugnam ; Gertz S = orare 21, 7, =postulare 119, 6
depositio, -nis i. actio ponendi 10, 25 regni (sc. abdicatio) 516, 10 supellectilis (sc. donatio);= humatio Gertz S 71, 9
deprecor, -atus sum, -ari 1 i.q. precando alquid avertere conor, deflecto 2 i.q. (valde) precor, exoro, rogo a *c.acc.* b *c.duobus acc.* c *c.acc c. inf.* d abs.i.q. oro (*sensu ecclesiastico)* e *c*. ne
® **depre(ae)dari** = omnem regionem depraedari Georges ; Gertz M = furtum alicui facere in domo eius
® **depredicare** Gertz M **= praedicare**, laudibus efferre
deprehendo, -di, -sum, -dere 1 i.q.capio eos qui clam agunt 2 i.q. patefacio, detego 3 i.q. invenio 4 i.q. comprendo oculis vel auribus, intellego a c. acc. b c. acc c. inf.
deprehensio, -nis i.q. notitia, actio deprehendii(v.deprehendo 4)
deprendo, -di, -sum, -dere 1 in versu 113, 1 131, 3 2 *in oratione soluta* (c. verbo posse)140, 13
deprimo, -pressi, -pressum, -primere 1 proprie i.q. deorsum premo, demergo 2 translate i.q. opprimo, prohibeo
depromo, -psi, -ptum, -ere i.q. offero, præbeo; = dicere Gertz S 114, 1, = proponere, describere 100, 9, = proferre 161, 18
depropero, -avi i.curro, festino, propero 1 c.inf. 2 c. indicatione loci
depulsio, -nis i.q. expulsio, exactio, exsilium
deputo, -avi 1 i.q. ascribo, attribuo a c. acc. et dat.b c.inf. et dat. 2 i.q. destino, assigno. e maiore numero deligo
derelinquo, -qui, -ctum, -nquere i.q. moriens relinquo
derisio, -nis i.q. despectio, ludibrium, actio deridendi
derisor, -is de eo qui deridet, deludit
® **derisorius**, -a, -um/**derisorie** adv. = quod ludibrio est RH Gertz M
derisus, -us i.actio deridendi, ludibrio habendi
derivo, -avi (de origine) i.q. deduco, traho
derogo, -avi (c. dat.) i.q. detrecto, deminuo, noceo(c.acc.); fidem derogare Gertz S 194, 23
desævio, -i, -tum, -re i.q. vehementer sævio, furo
descendo, -di, -sum, -dere 1 proprie de motu deorsum venientis, degredientis, e superiore loco in inferiorem se moventis a abs. b c.abl. c *additur* quo 2 translate a i.q. prodeo, venio b i.q. me demitto, humilior c *i.q.* originem traho, orior, exeo d *i.q.* propagor
descensus, -us i.q. motus proclivis, submersio
descisco, -vi, -tum, -scere 1 proprie i.q. deficio, ducem desero 2 i.q. me abalieno, alienus sum, degenero
describo, -psi, -ptum, -bere 1 prorie i.q. formam depingo, scribo 2 translate i.q.assigno, definio, determino; = narrare Gertz S 96, 18
descriptio, -nis i.q. actio litteris exponendi
deseco, -ui, -tum, -are i.q. secando seiungo, amputo
***desero**, -ui, -tum, -ere i.q. destituo, neglego, relinquo 1 c. alicuius officii violatione 2 debilitato officii sensu a *pro subi*. homines b *pro subi.* res
desertus, , -a, -um 1 i.q. inhabitabilis, solus, relictus 2 i.q. orbus, privus
desertum i. regio inhabitabilis, humanâ cultâ vacua 1 c.gen. 2 nude
desertio, -nis 1 i.q. actio deserendi, discedendi, relinquendi (subest notio officii violandi) a c.gen. b abs.

fere i.q. proditio 2 i.q. status vel condicio rei desertæ
desertor, -is 1 proprie i.q. perfuga, transfuga a abs.b c. gen. 2 translate a de eo qui a vera religione deficit 262, 6 279, 36 309, 28 b de eo qui relinquit 309, 28 nuptæ
deservio, -vi, -tum, -re i.q. servio, ministro
deses, -idis i.q. otiosus, iners
desiderium, -i i.q.cupido, libido, voluntas
desidero, -avi i.q. cupio, opto, volo 1 c.acc. 2 c. inf. 3 c.acc.c. inf.
*__desidia__, -æ i.q. inertia, otium; = incuria Gertz S 163, II, 10
desidiosus, -a, -um i.q. desidiæ deditus, iners, otiosus
desido, -ere de motu quo res vel homo e superiore loco ad inferiorem fertur, sæpe i.q. delabor, decido, concido
designo, -avi 1 de hominibus denotandis, eligendis 2 de locis distinguendis, assignandis 3 i.q. nomino
  designatus, -a, -um i.q. supra memoratus, supradictus
desilio, -ii vel, -ui vel, -ivi, -ire i. de superiore loco salio 1 c.abl. b sine abl.
desino, -i, -tum, -nere i.q. cesso1 *pro subi.* persona a nude b c.inf. 2 *pro subi*. res
desipientia, -æ i.q. dementia, amentia
desipio, -ere i. amens sum
desisto, -stiti, -sistere 1 i.q. cesso, desino b c.abl. 2 i.q descisco, differo
desorbeo, -ui, -ere i.q. absorbo, deglutio
desperatio, -nis i.q. actus desperandi, defectus spei 1 generatim a abs.b c.gen rei 2 speciatim de ægrotis a abs. b c.gen.
despero, -avi 1 trans. i.q. spe deiectus omitto a *pro obi*. res b *pro obi persona* 2 intrans. a sine spe sum b: *c*.de 480, 38; desperatus de vita = de cuius vita desperatur Gertz S 402, 32; desperatus = desperans
  desperate i.q. cum desperatione
despicabilis, -e i.q. vilis, despiciendus
despicio, -spexi, -spectum, -spicere 1 proprie i.q. conspicio 2 transalate i.q. contemno
despicor, -atus sum, -ari i.q. contemno
despondeo, -di, -sum, -dere i.q. spondeo, promitto(nuptiarum causa) 1 de patre (c. dat. generi) 2 de eo qui mulierem in matrimonium ducturus est 19, 5
desponsio, -nis i.q. sponsio nuptiarum
desponso, -avi i.q. ad matrimonium despondeo (de fratre);desponsare (sibi) aliquam (*nonnisi* vir)
destino, -avi 1 i.q. attribuo, decerno, deputo (*c.dat. rei* [personæ] *et acc. personæ* [rei]a generatim b speciatim de puella despondenda 2 i.q. constituo, decerno, statuo a c. inf. b abs. 3 i.q. in animo habeo 4 i. q.designo, declaro, eligo a generatim b speciatim de antistite eligendo 5 i.q. visu impeto, persequor 6 i.q. mitto, dirigo; Gertz M destinare = mittere; iuncturae destinare aliquem periculo = aliquem periculo obicere; destinare aliquid effectui = destinare aliquid ad efficiendum;destinare preduces navibus (predux/ praedux = dux maris, teutonice : der Lotse
  destinatus, -a, -um i.q. certus, in animo propositus, definitus
destituo, -i, -tum, -ere 1 i.q. relinquo, desero, deficio a active b pass.2 i.q. privo, orbo (c. abl.) a pass.b active
*__destringo__, -nxi, -ctum, -ngere 1 proprie de armis e vagina promendis, nudandis 2 in imagine
  destrictus, -a, -um i.q. severus
® **destricte** severe

[**destruo**, -xi, -ctum, -ere *vide* **destituo**]® destruere = demoliri Gertz S 309, 21 RH.; destruere = refutare, repudiare Gertz M II, 421, 15
desudo, -avi i.q. valde laboro
desuetudo [dissuetudo bis legitur] i.q.insolentia, desidia
*__desum, -__fui, -esse I de inopia A abs. i.q. desideror 1 pro subi. res 2 pro subi. hominesB c. abl. C c.dat. i.q. non præsto sum (fere semper antecedit negatio)1 pro subi. res 2 pro subi. homines II de neglegentia, defectione A c.dat. i.q. desero c.acc. B c. in i.q. consentio c.dat.
desuper significat motum in locum inferiorem
detego, -xi, -ctum, -gere nudo, patefacio, prodo1 pro obi. corporalia a generatim b speciatim i.q. destringo 2 pro obi. incorporalia 3 c. quæstione indirecta
® **detentor** late (< detineo) = qui iniuste aliquid detinetRH
detergeo, -si, -sum, -gere i.q. tergendo demo, aufero 1 proprie 2 translate 48, 2
deterior, -ius i.q. vilis
® **deterioratio** (< deterioro = deterius facere) actio deterius faciendi RH
® **determinare** = (concilium) in certam diem indicereRH, Gertz M I, 130, 29 ;de aliqua poena alicui determinare
deterreo, -ui, -itum, -ere i.q. terrendo retineo, prohibeo
detestabilis, -e i.q.abominabilis, detestandus, exsecrabilis
detestatio, -nis i.q. exsecratio, odium, aspernatio
detestor, -atus sum, -ari i.q, aspernor
detineo, -tinui, -tentum, -tinere i.q. retineo, moror
detorqueo, -si, -tum, -quere 1 i.q. torquendo deorsum flecto, deflecto 2 i.q. devolvo (de flumine) 3 i.q. emitto, iacio
detorreo, -rrui, -stum, -rrere de potione temperanda i.q. destillo237, 5: detosto liquore; liquorem detorreo
detractio, -nis i.q. actio detrahendi, detrectatio, maledictio
detracto (v. **detrecto**) = reprehendere, *fortius* vituperare, Gertz M dominium detractantes = recedentes a dominio Danorum I, 362, 27
detractor de eo qui detrahit, nocet
*__detraho__, -xi, -ctum, -here I proprie A i.q. deorsum traho (notio localis nondum evanuit B i.q. aufero, trahendo averto1 pro obi.corporalia a *c.acc. et dat.* b sine dat. 2 pro obi.incorporalia a *c.acc. et dat.* b *c. acc. et* ex II translate A i.q. exstinguo, tollo B i.q. noceo C i.q. detrecto, nego
detrecto, -avi i.q. recuso 1 c.abl.causæ 2 sine abl.
detrimentum, -i i.q. damnum, amissio 1 c.gen. obi. 2 c. gen. poss. 3 nude
detrudo, -si, -sum, -dere 1 i.q.avello, trudendo removeo 2 i.q.deduco
® **detruncare** e.g. caput pedesque detruncare (< truncus (arboris))
® **detumescere** = evanescere E.g. detumescunt odia (Petronius)RH
deturbo, -avi 1 i.q.terreo 2 i.q. depello a sine abl. b c.abl. c c. ab 3 i.q. disturbo ; deturbare a finibus Anglorum = exigere Gertz M II, 404, 5
® **deturpare** = sordescere Gertz M I, 296, 7 < sordes/squalor
*__deus__ 1 de diis paganorum a c.nomine dei b sine nomine dei 2 de deo Christianorum
deveho, -xi, -ctum, -here 1 i.q. abduco a homines b res 2 i.q. vehor
devenio, -i, -tum, -ire i.q. pervenio, venio

devergo, -ere i.q. vergo, specto (de senectute)
deversor v.**diversor**
deverticulum v. **diverticulum**
deverto v.**diverto**
devexus, -a, -um i.q. declivis
devictio i.q. actio devincendi, superatio
devincio, -xi, -ctum, -cire 1 i.q. astringo, obligo 2 i.q. addo
devinco, -ci, -ctum, -ncere i.q. supero, vinco 1 c.abl.a proprie b translate 2 sine abl.
® **devio**, -avi, -atum, -are = a via deverto *etiam* de via decedereRH Gertz M II, 388, 7 ;c.acc.deviare aliquem = aliquem a (via) Londonia mittens
devito, -avi i.q. evito, effugio
devius, -a, -um 1 adi. a i.q. avius, a recta via flectens b i.q. peccans 2 subst.n. a sing. i.q. via a recta via flectens b plur. proprie de locis desertis
devoco, -avi 1 i.q. voco 2 i.q. revoco
devolvo, -vi, -utum, -vere 1 i.q. deorsum volvo, deicio 2 i.q. ago, dego 3 pass. i.q. incido, adducor
devoro, -avi i.q. manduco, voro
devotio, -nis i.q. pietas, pius mentis adversus deos habitus
devoveo, -vi, -tum, -vere 1 i.q. do, dedo, profundo 2 i.q. abominor
devotus, -a, -um i.q. fovens, deditus ; Gertz M adv. devote
***dexter**, -ra, -rum vel, -era, -erum i.q. de altera vel corporis vel aciei parte (*opp.* lævus) 1 adi. 2 subst. i. q. manus dextra (*opp.* læva, sinistra)
® **dextrarius** = equus maior et thorace ferreo munitus ad belli usum paratus Gertz S 432, 9
dextrorsum i.q. ad dextram versus
diaconus, -i i. clericus inferioris gradus; = episcopi minister, qui in sacra liturgia evangelium recitat; diaconus cardinalis, qui in urbe Romana alicui ex diaconiis i.e. domibus hospitalibus, oratoriis adiunctis ecclesiae Romanae praeest; ceteri cardinales Romani sunt presbyteri cardinales
diaconatus, -us i.q. munus diaconi
diadema, -tis de insigni regio
dialis, -e i.q. unius diei
® **diatim** = diem de die RH
dicio 1 i.q. potestas a sæcularis b ecclesiastica 2 *fere i.q.* lex, ius
dico, -avi i.q. dedico, consecro
***dico**, -xi, -ctum, -cere 1 i.q. aio, verba profero a abs. b *c. acc.* c *c. acc c. inf*. d c.sententia interrogativa 2 i.q. commemoro 3 i.q. appello, *c. duobus acc*. 4 i.q. statuo, constituo 5 i.q. credo 78, 5
dicenda, orum fere i.q. narratio
® **dictamen** = stilus
***dictum** i.q. verbum, vox
dictio, -nis i. actio dicendi, defendendi
dicto, -avi, - 1 i.q. constituo, statuo 2 i.q. scribo; Gertz M dictare = proferre RH
***dies** m. et f. 1 de certo temporis spatio (plur. sæpe i.q. tempus e.g. 57, 8 204, 32)a m. 50, 7 b f. 55, 28 2 i.q. lux (tempus quod sole illustratur) 3 i.q. vita 4 i.q. tempus 410, 18 ;dies Cinerum (Memento quia pulvis es et in pulverem reverteris)
® **dieta** = iter unius diei, diaeta = victus etc.RH

differentia, -æ i.q. diversitas, varietas, condicio ab alia condicione differens 181, 8
differo (distuli, -dilatum), differre 1 i.q. in aliud tempus transfero a abs. b *c.acc.*c *c.inf.* 2 i.q. disto, discrepo
® **diffibulare se** = fibulam solvere et vestimento detrahere Gertz S 427, 7
*__difficilis__, -e 1 de rebus i.q. non facilis, laboriosus, operosus a c.abl. b *additur supinum* c abs.2 de hominibus i.q. asper, immitis
  difficile i.q. difficulter 9, 29
  difficilia, -um i.q. difficiles
  difficulter i.q. cum difficultate
difficultas, -tis i.q. labor, negotium 1 c.gen. 2 nude
diffidentia, -æ i.q. actio diffidendi c. gen. obi.
diffido, -sus sum, -dere i.q. non fido 1 c. dat. 2 c. inf.; Gertz M II, 115, 8 = fidem contumaciter violare
diffidens, -tis i.q. non fidens, fiduciam non habens
diffindo, -di, -ssum, -ndere i.q. cum impetu disseco, findo 1 homines 2 res
® **diffinire** Gertz S *vide* definio; **diffinitivus** = ultimus II, 250, 3, **diffinitor =** definitor > Ducange: definitores appellantur novem superiores electi tempore capituli generalis penes quos præcipua est totius capituli potestas sive ad electiones superiorum sive ad statuenda et definienda quæcunque monasticam spectant disciplinam (de fratribus minoribus)II, 316, 12
® **diffisus** vitæ suæ = desperans de v.s.
diffluo, -xi, -ere 1 i.q. discedo 2 i.q. degenero, tabesco
diffugio, -i, -itum, -gere i.q. aufugio
diffugium, -i 1 i.q. fuga in diversas partes facta 2 i.q. facultas aufugiendi, effugium
diffundo, -di, -sum, -ndere i.q. dilato 2 i.q. spargo, dispergo, effundo
  diffusus, -a, -um 1 i.q. laxus, latus 2 i.q. incertus, mobilis, inconstans ; Gertz M = copiosius adv.
diffusio i.q. amplitudo, spatium
digeries, -i i.q actio cibi digerendi
digero, -ssi, -stum, -rere 1 i.q. dispono, distribuo, ordino 2 i.q. æstimo 3 i.q. expono, narro
digitus, -i de membro manus
® **dignanter** = ut dignum est; *etiam* pro merito
dignatio, -nis i.q. favor, gratia, veneratio (sensu activo); Gertz M : dignitatio tua = tu qua es dignitate
*__dignitas__, -tis de honestate qua aliquis vel aliquid fruitut i.q. decus, nobilitas, honor 1de hominibus a *c. gen vel pron.poss.* b c. adi c nude 2 de rebus
dignor, -atus sum, -ari i.q. dignum habeo 1 *c.acc. et abl*.a homines b res 2 c. inf.
dignosco, -vi, -scere 1 i.q. agnosco, cognosco 2 i.q. video, intellego
dignus, -a, -um i.q. qui aliquid meritur, cui aliquid debetur 1 de hominibus a *c.abl*. b *c. setentia relativa* c: *c*. ut d: *c. inf.* 2 de rebus a c. abl. b c. sententia relativa c *c. gen*. d *abs. fere i.q.* conveniens, iustus
  digne 1 i.q. ut dignum est, iure, convenienter 2 i.q. ut decet, satis
digredior, -ssus sum, -di i.q. discedo, abeo
digressio, -nis 1 proprie i.q. actio vel facultas abeundi, discessus 2 translate i.q. excursus (t.t. rhetoricus); Gertz S 443, 9 = desertio a re ? RH
digressus, -us 1 proprie i.q. discessus 2 translate i.q. excursus, digressio a proposito (t.t. rhet.)
® **diiudicare** = iudicare; = constituere Gertz S 97, 24
dilabor, - psus sum, -bi i.q. aufugio, effugio 2 i.q. evanesco

® **dilapidare** = dissipare Gertz S 320, 10 RH
® **dilapidatio** *etiam* = **direptio**
dilapsio, -nis de militum actione deserendi 535, 5
dilatio, -nis i.q. actio differendi, mora 1 c. gen 2 nude
dilato, -avi i.q.augeo
dilectio, -nis i.q. amor 1 c.gen.obi. 2 c.adi.
diligens, -tis i.q. accuratus, sedulus
diligenter i.q. cum cura, accurate
diligentia, -æ i.q. cura 1 c.gen. 2 sine gen.;= reverentia Gertz S 195, 5
diligo, , -lexi, -lectum, -ligere i.q. amo
® **dilucesso = dilucesco** inchoative < diluceo
*__diluculum__, -i i.q. prima diei lux
diluo, -i, -tum, - ere 1 proprie i.q. lavo, madefacio 2 translate i.q. purgo; se purgare a reatu Gertz S 23, v. 57
diluvalis, -e i. quod diluvii est
dimensio, -nis i.q. mensura
dimicatio, -nis i.q. duellium, pugna
*__dimico__, -avi i.q armis pugno 1 abs. 2 c.abl. instr. 3 c.præp.
dimidius, -a, -um adi. i.q. dimidiatus, in duas partes divisus 2 subst. i.q. dimidia pars
diminuo, -i, -tum, -ere i.q. minores facio
diminutio, -nis i.q. iactura, detrimentum
dimissio, -nis i.q. emissio, liberatio
® **dimissoriæ litteræ** = syngraphus Plautus (Georges) = commendaticiæ litteræ
*__dimitto__, -si, -ssum, -ttere I i.q. a me mitto, abire sino vel iubeo A homines 1 c. obi. a *accedit* ad b *accedit* in 2 *c.duobus acc*. B de armatis exauctorandis, domum mittendis II i.q. relinquo, sino; = relegare Gertz S 109, 11; = omittere, = condonare (= ignoscere); = permittere
dinosco v.**dignosco**
® **diocesanus** = episcopus de cuius diocese agitur Gertz M
diota, -æ i.q. dolium, vas (vox Horatiana)
directio, -nis de actione telum dirigendi *nonnisi* 274, 28; Gertz M = præcepta *n.*
diremptio, -nis 1 i.q. separatio 2 i.q. actio rescindendi, rescissio
direptio i.q.actio diripiendi
dirigo, -rexi, -rectum, -rigere i.q. tendo, mitto a homines b res
directus, -a, -um i.q. rectus
dirimo, -emi, -emptum, -imere 1 i.q. disiungo 2 i.q. solvo, interrumpo, abrumpo
diripio, -ripui, -reptum, -ripere 1 i.q. rapio, adimo, aufero 2 i.q.vexo, vasto
dirumpo, -pi, -ptum, -mpere i.q. rumpo, frango
diruo, -i, -tum, -ere i.q. everto, destruo
dirus, -a, -um i.q. atrox, malum secum ferens
Dis, -tis de deo inferorum (lingua nostra `hel´[apud inferos RH])
discalceatus, -a, -um i.q. sine calceis, nudatus pedes 260, 27
*__discedo__, -ssi, -ssum, -dere i.q. abeo 1 de hominibus a abs. b c.abl. c c. ab ;vanescente sensu motionis fere i.q. desisto, recedo d *c*. ad 2 de pontificio 370, 19 a familia

disceptatio, -nis i.q. altercatio, verborum certamen 104, 14 114, 15 116, 11
discerno, -crevi, -cretum, -cernere 1 i.q. disiungo, dirimo (sensu locali) 2 i.q. separo, divido 3 i.q.video a: oculis b: mente 4 i.q. discepto (*c. quæstione indirecta*)
discretus, -a, -um i.q. separatus, proprius, suus
discerpo, -si, -tum, -ere i.q. dilanio
discessio, -nis i.q. actio discedendi, discessus 1 genratim a *c.gen*. b abs.2 speciatim de militibus exauctorandis
***discessus**, -us i.q. actio abeundi, discedendi 1 hominum b rerum; = mors Gertz S
discidium i.q. discordia, dissidium
discindo-di, -ssum, -ndere i.q. rescindo, frango, lanio
discingo, -xi, -ctum, -gere i.q. circumamicio, vestio
disciplina, -æ 1 i.q.doctrina, scientia a c. gen.obi. b sine gen.obi. 2 i.q. ordo, regula a generatim b speciatim de religione christiana
discipulus, -i de eo qui discit; discipulus Christi = martyr Gertz S
® **discisio = divisio** legum in capita
disco, -didici, -discere 1 i.q.doceor, alicuius rei scientiam haurio a abs. b c. obi. c *c. inf.* d *c.acc.c. inf.* e *c. quæstione indirecta* 2 i.q. cognosco, comperio a c.abl. b *c. duobus acc*. c *c.acc.c.inf*.d *c.quæstione indirecta* e *c*. quod
discolor, -is proprie i.q. qui est coloris diversi 2 translate i.q. aversus, alienus 157, 5
® **discooperire** = quod opertum erat detegere Gertz S > RH
discordia, -æ i.q. dissensio, inimicitiæ, simultas
discors, -dis 1 i.q. dissentiens 2 i.q. dissimilis, diversus, contrarius
® **discredere** = fidem negare Gertz S 444, 50, v 5
discrepo, -avi i.q. non convenio, dissimilis sum
discretio, -nis i.q. facultas, indoles, virtus distinguendi
® **discretus discretorum** Gertz M :dicreti vocabantur fratres minores...ad provinciale capitulum missi; discretus discretorum eligebatur ad generale capitulum mittendus II, 312, 7 nota
discrimen, -inis 1 i.q. intervallum 2 i.q.diversitas, dissimilitudo a c.gen.b nude 3 i.q. periculum (vergit in notionem interitus a c.gen.obi.b c.gen.poss. c nude 4 fere i.q. decertatio, pugna; discrimen capillis imponere Gertz S 360, 6 = capillos pectere, comam nectere RH.
discrimino, -avi i.q. dirimo, secerno
discriptus, -us i.q. descriptio
discubitus, -us i.q. locus discumbendi, sedes (in clientelâ discubitûs locus ordinem significat)
discumbo, -bui., -bitum, -mbere i.q. mensæ accumbo
discurro, -ri, -sum, -rere i.q. in varias partes curro 1 de animantibus 2 de rivulis 3 metonym. 404, 33 de poculis
discursim i.q. huc illuc
discursus, -us i.q. actio discurrendi;discursus verborum Gertz S 316, 10 = altercatio RH
discus, -i i.q.lanx, patina 174, 17
discutio, -ssi, -ssum, -tere 1 i.q. disicio 2 i.q. removeo, tollo 3 i.q.fini*o*[RH], aufero a c.acc.et abl. b sine abl. ; = inquirere, exanimare Gertz S 95, 9
® **disenteria** (dissinteria) *vide* **dysenteria**
disertus, -a, -um i.q. facundus 1 de hominibus 2 de rebus

disicio, -ieci, -iectum, -icere 1 i.q. spargo, dispergo a *corporea* b *incorporea* 2 i.q.frango, subverto, rescindo a *proprie* b *translate e.g*. 66, 3
disiectus, -a, -um i.q. lacer
® **disiunctiva =** alternatio, t.t.juris alternatio disiunctiva Gertz M/RH
disiungo, -xi, -ctum, -gere i.q. discutio, frango
dispar, -is i.q.inæqualis, dissimilis a *c.dat*. b *sine dat*. 2 i.q.discoveniens, indignus
disparo, -avi i.q. disiungo, separo, secerno 1sensu locali 2 translate 261, 29
dispello, -puli, -pulsum, -pellere 1 i.q. spargo, disicio 2 i.q.discutio, tollo, finem facio a *c.abl*. b *c*. de/ex
dispendium, -i 1 de damno temporis vel viæ a *c.gen*.b nude 2 i.q. damnum, detrimentum, impendium a *c.gen obi*.b nude (*opp.* compendium)
® dispensator = qui distribuit elemosynam
dispenso, -, avi 1 i.q. colloco 2 i.q.dispono, ordino
disperdo, -didi, -ditum, -dere i.q. abicio, proicio; Gertz M = penitus perdere
® **dispereo**, -perii, -ire = perire
dispergo, -si, -sum, -gere.i.q spargo (*nonnisi perf.part*.) 1 adi. 2 subst.
dispertio, -vi, -tum, -re i.q. distribuo
dispicio, -spexi, -spectum, -spicere i.q. video, perscrutor 2 i.q. delibero 3 i.q. respicio
displicio, -ui, -itum, -ere i.q. non placeo 1 de hominibus 2 de rebus; Gertz M :displicentia = reprehensio
dispono, -sui, -situm, -nere i.q colloco 2 i.q. administro, guberno 3 i.q. constituo, statuo, ex disposito = ex convento, ex pacto 431, 34; *cum acc. et gerund*. Gertz S 385, 26; Gertz M disponere de aliqua re = disponere aliquid ;disponere largiter = imperare et præcipere; disponere aliquibus fortunam = spem aliquibus afferre ;disponere milites; disponere + *inf.* = statuere aliquid facere
disputo, - avi i.q. dissero, loquor
disquiro, -sivi, -situm, -rere i.q. perquiro, scrutor 1 c acc. 2 *c. quæstione indirecta*
disseco, -ui, -tum, -are i.q. secando secerno
dissensio, -nis i.q. discordia
® dissenteria (i.e. dysenteria)
® dissentericus = laborans ? Gertz S 330, 15
dissero, -ui, -tum, -ere i.q. dico, disputo, verbis expono 1 abs. 2 *c.acc*.
dissero, -sevi, -situm, -serere i.q. dispergo
dissicio v. **disicio**
dissideo, -sedi, -sidere 1 i.q. disconvenio, dissimilis sum, differo a *c.dat*.b sine dat. 2 i.q. discrepo, dissentio a abs b *c.præp.*
dissidium, -i i.q. discordia, dissensio
dissilio, - ui, -ire 1 i.q. exsilio, prosilio 2 fere i.q.dilabor, me conicio; Gertz M = de sede desilire
dissimilis, -e i.q. non similis, absimilis
dissimulanter i.q. cum dissimulatione
dissimulatio, -nis i.q. actio dissimulandi 1 *c.gen.obi*.2 *c.gen.subi* 3 nude
® **dissimilatrix** = dissimulatrix
dissimulo, -avi 1 i.q. simulo 2 i.q. celo, tego, occulto 3 i.q. neglego; dissimulare cum aliquo = adversus praedones se dissimulanter gerere
dissipo, -avi 1 i.q. disicio 2 i.q.deleo
dissocio, -avi i.q. disiungo1 proprie 2 translate

dissolutio, -nis de condicione navis fractæ
dissolvo, -vi, -utum, -vere 1 proprie i.q. frango, rescindo 2 translate i.q. irritum facio
  dissolutus, -a, -um, -i.q. effrenatus, corruptus; = conturbatus Gertz S 164, IV, 21
  dissolute i.q. effuse
dissonus, -a, -um 1 de hominibus i.q. impar (*subst.*) 2 de rebus a *i.q.* diversus b *i.q.* non conveniens, non respondens
dissuadeo, -si, -sum, -dere i.q. dehortor; Gertz M *etiam* dissvadere + inf
‡**dissuasorius**, -a, -um i.q. dissuadens
dissulto, -avi 1 i.q. in varias partes exsilio 2 i.q. in varias partes volo, emittor 3 i. ad varias res capiendas moveor 4 i.q. propter gaudium salto, valde gaudeo
distantia, -æ 1 i.q. differentia 2 i.q. intervallum, spatium
distendo, -di, -tum, -dere 1 i.q. extendo 2 i.q. porrigo
distinctio, -nis i.q. actio distinguendi, discretio
distinguo, -xi, -ctum, -guere 1 i.q. secerno, divido a *c.abl*. b sine abl. 2 *i.q.* distribuo
  distinctus, -a, -um 1 i.q. certus, constitutus 2 i.q. ornatus
disto, -are i.q. remotus sum, absum (*sensu locali*) 2 i.q. differo, abhorreo 3 i.q. intersum 116, 28
distorqueo, -si, -tum, -quere i.q. deflecto, disiungo, removeo
distractio, -nis i.q. dilaceratio, discidium
distractus, -us i.q. distractio
distraho, -xi, -ctum, -here 1 i.q. in diversas partes traho b *translate i.q.* distine 2 i.q.separo, disiungo 3 i.q. lacero, divido; Gertz M distrahere = vendere; = rapere
distribuo, -i, -tum, -ere i.q. dispertio, passim colloco
distributio, -nis i.q. actio distribuendi, partitio
districte i.q. severe ® vide **destricte**
distringo, -nxi, -ctum, -ngere i.q. cogo, teneo
® **distruere =** diffindere
® **disturbare** = subvertere RH, Gertz M II, 198, 21
ditio, -nis 1 i.q. dominatio, imperium, lex 2 i.q. dignitas
dito, -avi, -atum, -are i.q. divitem facio 1 c.abl. 2 nude
***diu** 1 i.q. per longum tempus 2 i.q. iam diu, iam pridem 3 i.q. longiore sermone
diurnus, -a, -um 1 i.q. ad diem pertinens (*sæpe opp.*nocturnus) 2 i.q. cotidianus 170, 21;diurne adv. cotidie
dium, -i i.q. divum, cælum 64, 5 sub -o
diutinus, -a, -um i.q. diuturnus**; diutine** *adv.* = diu
diutule i.q. aliquamdiu
diuturnitas i.q. longitudo temporis 1 c.gen. 2 nude
diuturnus, -a, -um 1 de hominibus i.q.qui diu vivit 2 de rebus i.q. qui diu durat, longus
  diuturne i.q. diu
divello, -velli, -vulsum, -vellere 1 i.q. disicio, dispergo 2 i.q. disiungo, separo, removeo a homines b res3 i.q. diremo
diversitas, -tis 1 de alvei cursu dividendo, mutando, minorando 2 de varietate gentium 9, 23
diversor, -atus sum, -ari i.q. moror
® **diversorium** = deversorium

diversus, -a, -um I i.q. in varias partes conversusII i.q. oppositus III i.q. varius, discrepans, alius, non idem A de hominibus 1 *c.dat*. 2 *c*. ab 3 abs. B de rebus 1 *c*. ab 2 abs.

diversum, -i subst.n. 1 cf. supra: diversus = in diversas partes233, 23 2 i. ex opposito 475, 35 fere i.q. undique453, 22

® **frustratorie = in vanum**
frustror, -atus sum, -ari 1 i.q. decipio, fallo 2 i.q. casso, debilito, irrito 3 i.q. eludo, detineo 4 i.q. effugio, evado
® **frustulum** > frustula = sarmenta arida Gertz S 79, 8 RH
frustum, -i i.q. particula 1 generatim 2 speciatim de esca
frutices, -icum de gignentibus minoribus
frux, -gis f. de frumento
frugi i.q abstinens, sobrius
fucatus, -a, -um i.q. ornatus
fucosus, -a, -um *nonisi translate de rebus incorporeis i.q*. falsus, mendax, vanus
*__fuga__, -æ 1 proprie a de actione eius qui metu perculsus prælium fugit, relinquit b i.q. discessus ex patria, exsilium 2 de ipsis fugientibus
‡**fugatio**, -nis i.q. actio fugandi, expulsio
fugax, -cis i.q. pronus ad fugiendum a de ignavia b de inconstantia 2 i.q. fugiens 3 i.q. abhorrens, timens (c.gen.)
‡ **fugibundus**, -a, -um i.q. fugiens
*__fugio__, -i, -iturus, -ere I *intr*. A *proprie i.q*. metu impulsus locum celeriter relinquo 1 *generatim* 2 *speciatim in bello, prælio, quolibet certamine* B *translate i.q*. removeor, abeo, evanesco II *trans.:* A *proprie* 1 generatim i.q. derelinquo, desero 2 speciatim i.q. in prælio evito, effugio B *translate i.q.* caveo, horreo, sperno
fugitivus, -a, -um i.q discedens, profugus 1 de servo 2 de classe
fugito, -avi i.q. fugio, certamine abscedo
fugo, -avi 1 proprie a strictius i.q. propello (in certamine, e regno etc.) b latius i.q. removeo 2 translate i.q. tollo, demo
fulcimen, -inis i.q. adminiculum, res qua nititur aliquis
fulcio, -si, -tum, -cire 1 proprie i.q. cadentem sustento 2 translate i.q. firmo, adiuvo
fultus, -a, -um 1 proprie sustentatus 2 translate adiutus
fulcrum, -i i.q. lectus 1 generatim 2 metonymice fere i.q. coniugium
fulgeo, -si, -gere translate i.q. excello, floreo

fulgens, -tis 1 proprie i.q. lucidus, splendidus 2 translate i.q. clarus, egregius
fulgidus, -a, -um 1 proprie i.q. lucidus, nitidus 2 translate i.q. clarus excellens
fulgor, -is 1 proprie i.q.splendor, nitor, lux 2 in imagine et translate i.q. claritas, gloria
fuligo, -inis f. de fumi particulis densis, quæ parieti sim. adhærent
fulmen, -inis i.q. flamma quæ de cælo venit a proprie b in imagine 2 translate fere i.q. ictus perniciosus
® **fulminare =** ut fulmen sententiam dicere
® **fulvus** = subruber de auro = aurum
fumidus, -a, -um 1 i.q. fumi plenus 2 i.q. fumum emittens 3 i.q. fumo tostus
fumigans, -tis i. qui vaporem emittit; Gertz M :**fumigare**
fumigium, -i i.q. fumus
® fumivomus = qui fumum evomit
fumo, -avi i.q. fumum emitto
fumus, -i de vapore ; fumus de igne, vapor de aqua RH
functio, -nis i.q. administratio officii, negotium 1 c.adi. 2 c.gen.obi.
funda, -æ1 i. genus armaturæ quo lapides iaciuntur 2 per imaginem de glaciei voragine
® **fundamentalis** (lapis) = lapis primarius aedificii > translate de religione
® **fundamen = fundamentum**
fundamentum, -i 1 proprie i.q. ima atque firmissima pars, basis a ædificii b pontis 2 translate fere i.q. initium, principium
® **fundator** = 1 qui urbem etc. fundat, 2 qui lapides iacit
® **fundaticius**, -a, -um Gertz M :litterae fundaticiae = litterae conditoris
fundatio, -nis i.q. actio fundandi (urbem); Gertz M = confirmatio RH
funditor, -is de milite qui fundis lapides sim.iacit, *etiam* **fundator**
funditus 1 proprie i.q. a fundamento, in ima parte 2 translate i.q. omnino, penitus, plane
fundo, -avi translate i.q. condo, instituo; Gertz M proprie: ecclesiam fundare
fundo, -di, -sum, -ndere 1 *proprie de re liquida* a *i.q*. effundo b *i.q*. aspergo, madefacio c *i.q*. liquefacio 2 *translate de rebus non liquidis* a i.q. proicio, sterno b fere i.q. do, impendo c i.q. pono, colloco d i.q. disseco, scindo e i.q. emitto f i.q. fugo, prosterno, vinco g *reflexive de tempore i.q*. decurro, labor, fluo
fundus, -i 1 fere i.q. humus, terra 2 de loco ædificii i.q. area, fundamentum, Gertz M = solum (fere i.q. domus 295, 9); Gertz M :fundus = ager; *t.t.iuris: quod numquam abalienari potest, nihilo minus ut beneficium assignari debet;* **beneficium** *vide*; ager ecclesiasticus e.g.sempiternus est > **feudum** *quod vide*
funebris, -e 1 i.qui ad funus, exsequias, mortem pertinet 2 i. qui mortem affert, perniciosus
funero, -avi i.q. sepelio, humo
funestus, -a, -um i. qui ad cadavera pertinet 2 i.qui mortem affert 3 fere i.q. crudelis, perniciosus
fungor, -ctus sum, -gi 1 actione exsequendi, gerendi a generatim b speciatim additur vocabulo fati 2 de actione fruendi 3 de actione potiendi; Gertz M : fungor nomine = mihi est nomen
fungus, -i. nomen herbæ tumidæ 1 comeditur 2 ignem nutrit
funiculus, -i i.q. funis; Gertz M = vinculum
funis, -is i.q. lorum, restis, tenaculum
*__funus__, -eris n. 1 i.q. deductio, elatio mortui 66, 37 69, 25 regium 2 metonymice i.q. corpus mortuum, cadaver 3 i.q. mors, obitus
fur, -is i. qui clam aliena aufert

‡ **furcatus,** -a, -um i. in duas partes discedens 47, 5 Sueno bifurcatus
furens, -tis proprie de animantibus a *strictius i.q*. amens, insanus b *latius i.q*. acer, ardens, sævus *speciatim* libidine ardens 2 *in imagine* de mari i.q. agitatus, turbulentus
® **furfureus** < furfur frumenti Gertz S 314, 14 panis furfureus = paleam continens RH
furia, -æ nonnisi plur. i.q. insania, dementia 2 i.q. rabies, furor
furialis, -e i.quod ad furiam pertinet (in imagine)
*__furor, -__ is 1 proprie de hominibus a i.q. dementia, insania b i.q. audacia, ferocia, rabies 2 in imagine de ventis
furor, -atus sum, -ari i.q. abscondo, abstergeo
furtim i.q. clam, latenter, occulte
furtivus, -a, -um 1 i.q. furto ablatus 2 i.q. clandestinus, occultus, secretus.
  furtive i.q. clam
furtum, -i i.q. actio res alienas clam auferendi (*sæpe opponitur* rapina)
furvus, -a, -um i.q. niger
fusco, -avi translate i.q. commaculo, obscuro
fuscus, -a, -um i.q. niger (in cognomine)216, 5
® **fusilis** (< fundo) Gertz M : leones auro fusiles = qui ex auro fusi sunt
fustis, -is 1 generatim i.q. baculus, stipes 2 speciatim de soleis ligneis 275, 23 (`renne skiith´)

| A | B | C | D | E | F | G | H | I | K | L | M | N | O | P | Q | R | S | T | U | V | X | Y | Z |

Præfatio — Ad usum — Index abbreviationum — Tota editio 1996 — Tota editio 1997

G

® **garcio**, -onis = famulus, puer
galea, -æ i. armatura capitis (*syn*. cassis)
gallus, -i nomen animalis domestici ; in nomine herbæ 79, 31
garrio, -ire i. vocem male sonantem mitto
garrulus, -a, -um de eo qui garrit
gaudeo, -visus sum, -udere i.q. iucunde afficitur, lætor 1 abs. 2 c.abl. (*hic illic vergit in notionem fruendi* 3 c. acc. (et inf.) 4 c. inf. 5 *sequitur* quod; **gaudenter** tarde: = laete
gaudium, -i i. iucundus animi affectus 1 nude 2 c. gen. 3 c. adi.
gaza, -æ f. i.q. divitiæ, opes, thesaurus
gelatus, -a, -um de rebus frigore in glaciem vel rigorem conversis
gelidus, -a, -um i.q. frigidus (vox a gelu tracta)
gelu n. (*nonnisi nom. et abl. legitur i.q.*) frigus quod aquam in glaciem convertit
gemibundus, -a, -um i.q. qui gemit, lamentat
gemellus, -a, -um *ponitur pro numerali* 1 c. plur. 2 c. sing.225, 10 fuste gemello (i.duobus fustibus)
geminus, -a, -um 1 i.q. duplex 2 i.q. e duobus consistens 3 *ponitur pro numerali* a *c. plur*. b *c.sing.* 4 i.q. uterque; Gertz S 233, 9 gemina caritas = (dei et propinqui), gemina scientia = duplex scientia: Albertus

Magnus: Super Dionysium. De divinis nominibus p. 105 ((una) subiacet rationi, (altera) ad (quam) non attingit ratio.
gemitus, -us i. actio gemendi vel lamentandi
gemma, -æ i. lapillus pretiosus et fulgens
gemo, -ui, -itum, -ere i. lamentando dico, queror
gena, -æ i. pars faciei inter aures et os
® **genealogia** = origo gentis conscriptus
gener, -i 1 i.q. filiæ maritus a nude b c.gen. 2 i.q. sororis maritus; Gertz M = uxoris frater; = socer I, 122, 9
generalis, -e i.q. ad omnes spectans, publicus 2 i.q. totius ecclesiæ de generali conventu 443, 11
generatio, -nis actio generandi a de patre b de matre 2 i.q. origo
genero, -avi 1 proprie de actione procreandi (de patre) 2 translate i.q. efficio
generosus, -a, -um 1 i.q. præclari generis vel originis 2 i.q. nobilis
genetrix, -cis i.q. mater, de femina quæ genuit
genialis, -e *nonnisi cum vocabulo* tori de lecto coniugum
® **geniculare /genicularі** (< genu) Gertz M sese alicuius pedibus geniculari = se advolvere
genitalis, -e 1 adi.i.q. ad generandum pertinens 2 *subst. n. plur.* de partibus quæ ad generandum pertinent
genitor, -is i.q. pater
genius, -i de bona indole
***gens**, -tis f.1 de iis qui artiore necessitatis vinculo coniuncti sunt 2 de populo qui certos fines inhabitat (*spectat cum ad totam terram tum ad provincias; de provinciis Estiæ* 227, 28 a *additur nomen populi per gen.* b *additur nomen populi per adi*. c abs. 3 *de hominibus in universum* 4 *de aulicis*5 de paganis, ethnicis, gentilibus
® **gentilitas** = gens superstitiosa
genua, -um n. i. pars corporis inter femora et crura
® **genuflexio** = genua flexa ad supplicationem faciendam
® **genuinus** 1 (< genae) a: quod ad genas pertinet b: genuinus m. (sc.dens);proverbium: genuïnum in aliquo frangere = aliquem maledico dente carpere 2 (< geno = gigno) Cic.: genuinae domesticaeque virtutes ; *translate* : = verus, non depravatus
***genus, -**eris I spectat ad originem A hominum 1 generatim 2 in bonam partem fere i.q. nobilitas3 in malam partem 4 de ipsis hominibus *sim.* certæ originis B bestiarum C gignentium II *spectat ad similitudinem* A hominum 1 c.gen. 2 nude B rerum 1 c. gen. 2 nude
germanus 1 m. frater 2 germana f. i.q.soror
germen, -inis i.q. suboles; Gertz S 104, 1 germina = herbæ
® **germinare =** producere Gertz M vites fructiferae vinum iustitiae germinantes
gero, -ssi, -stum, -rere I i.q. fero, porto, habeo(*inest vis sustinendi*) A *prævalet notio portandi* 1 res corporeas 2 partes corporis B *prævalet notio habendi* 1 *speciatim* affectus aliasque res ad mentem pertinentes 2 *generatim* II *de notione aliquid agendi aut faciendi* A *i.q.* ago vel facio, exerceo, exsequor 1 *sensu laxiore* a *pro obi. pron. sive adi.neutrum* b *pro obi. subst*. 2 *sensu strictiore* a in vita privata; Gertz M de infirmis et pauperibus curam gerere b in vita publica 3 *transit in certas verbi agendi locutiones* a varias partes 153, 16 prædonem b temporis spatium c sacra (fere i.q. celebro) 4 *structuræ certæ* a morem 504, 40 sacris b bellum, proelium, pugnam, fugam etc. Gertz M plagam/ conflictum

gerere c *rem* d *militiam* f *operam* ; Gertz M fortunam belli gerere B *i.q.* dirigo vel guberno III *reflexive* A *accedit* ita *et sim*.; Gertz M se gerere pro episcopo/abbate = se simulare aliquem B *accedunt adverbia* C 1 *abl. ponitur modum indicans* 2 *acc. additur*
® **gesta** saepe pro res gesta Gertz S passim
gerulus, -a, -um de eo qui gerit vel portat 1 adi. (c. gen. obi.) 2 subst. m. a c.gen. b nude
gestabilis, -e de honore qui geri potest(cum negatione)
gestamen, -inis 1 de quolibet onere (*de conto malefico qui lingua nostra vocatur* \`nidstang´) 2 de diversis armis ; (gestatorius, -a, -um = quocum aliquid gestare potes RH)
gesticulor, -atus sum, -ari de tibicine qui arte agit, gestus facit
gestio, -nis i.q. actio gerendi, administratio
gestio, -vi, -tum, -re 1 proprie i.q. lætos gestus facio, exsulto 2 translate i.q. vehementer cupio
gesto, -avi i.q. fero, porto A rem corpoream 1 generatim 2 speciatim a vestem et *sim. i.q.* induor b partem corporis i.q. habeo B incorporea (508, 38 de epistula i.q. contineo) II i.q. cicumveho III in imagine i.q. dirigo IV translate i.q. in animo gero
gestus, -us i.q. motio(corporis eiusque partium); = se gerendi modus GertzS 90, 9
gibbus, -i i.q.tuber in tergo
giganteus, -a, -um i.q. ad gigantes pertinet 1 pro gen. subi. 2 pro gen obi.
gigas, -ntis m. 1 stricte de animalibus monstruosis mythicis, lingua nostra \`jætte´ 2 latius de viro magnitudinis inusitatæ
gigno, -genui, -genitum, -gignere 1 proprie de homine, bestia sim. i.q. pario, procreo a active b passive c. abl. 2 translate de re i.q.profero
® **girare** vide **gyrare**
  genitus, -i m. i.q. filius
glacialis, -e i.q. ex glacie constat (adi. pro gen.subi.
glacies, -i f. i.q. aqua gelata
gladiator, -is 1 i.q.pugnator, monomachia dimicans 2 i.q. qui gladio uti docet, lanista
gladiatorius, -a, -um i.q. ad gladiatorem sive pugnatorem pertinet
*__gladius, -__i 1 i.q. ensis 2 de hasta amentata; Gertz M I, 17, 6 in ore gladii (2.Buch Mose, 17, 13) acuto gladio
glæba, -æ f. 1 strictius de compacta terræ massa, de cæspite 2 latius a i.q. humus, solum b i.q. ager, campus
glans, -dis de fruge quercus vel fagi
® **gleba** sc terrae = cadaveris Gertz S 89, 7
glisco, -ere i.q. vehementer cupio (*notio vergentis latinitatis* 171, 11) Gertz M passive: deteriorem fieri
globus, -i m. 1 strictius i.q. massa compacta 2 latius i.q. multitudo, caterva a de exercitu b de classe
glomero, -avi i.q. congrego, coniungo (c. dat.)
*__gloria, -æ__ 1 i.q. claritas, bona fama, laus a nude b c.adi. 2 i. hymnus qui incipit \`Gloria in excelsis Deo, pars missæ post Kyrie
gloriatio, -nis i actio gloriandi, prædicandi
® **glorificare** = (ex)ornare; (col)laudare Gertz M
glorior, -atus sum, -ari i.q. laudem, honorem mihi paro, me ostento 1 c. abl. 2 c. de 3 c. acc.c. inf.
gloriosus, -a, -um 1 i.q. honore, laude plenus, præclarus 2 i.q. qui laudat, glorificat deum, pius
  gloriose i.q. cum gloria, honore

glutinum, -i n. i. materia lenta vi compaginandi prædita
® **glut(t)o**, -onis = luxuria diffluens
gnarus, -a, -um i.q. peritus 1 c.gen.obi. 2 c.abl. 3 abs.
gnata, -æ f. i.q. i.q. filia
gnaviter i.q. industrie, Gertz S studiose
gracilis, -e i.q. tenuis
gradatim i.q.paulatim
gradior, -gressus sum, -gradi i.q. incedo 1 proprie 2 in imagine
gradus, -us 1 i.q. actio gradiendi, gressus a proprie b in imagine 2 i.q. pars scalarum qua ascendimus a proprie b in imagine 3 i.q. linea, ordo, aciei 4 status, locus a speciatim de honoribus (cum de aliis tum de ordine clerici) b generatim de qualibet condicione 5 i.q. occasio, casus a c.gen.b nude
gramen, -inis de coma viridi camporum 2 i.q. herba
grammaticus, -a, -um i.q. ad iuncturam verborum vel litteras pertinens ; Gertz M litterarum peritus
grandævus, -a, -um 1 i.q. ætate provectus 2 i.q. adultus, virilis
grandiloquus, -a, -um i.q. superbus, tumidis
grandis, -e i.q. magnus 1 de corporalibus 2 de incorporalibus
granditas, -tis i.q. magnitudo 1 de corpore animantium eiusve partibus 2 de aliis rebus corporalibus
grando, -inis f. 1 proprie i.q. gutta aquæ in aere congelata(collective) 2 in imagine i.q. multitudo
® **grangia** = praedium monasterii
granum, -i i. fructus frumenti
grassor, -atus sum, -ari i.q. sævio 1 de hominibus(*accedit* in *c. acc*.) 2 de malis, morbis, vitiis sim. a *accedit* in *c. acc*. b abs.
grates f. [*nonnisi acc. plur*.] i.q. gratiæ
® **gratanter** = grato animo Gertz S app.3, 3
***gratia** f. I de oblatione favoris A in universum 1 c.gen. a eius qui favorem, beneficium sim. exhibet b rei oblatæ 2 nude B in retributione C de favore mutuo II de condicione eius cui favetur fere i.q. pulchritudo 193, 39 III *abl. postponitur i.q.* propter A *c*, *gen.<u>ger</u>*. B c.gen. <u>*sine ger.*</u> Gertz M tempus gratiæ = tempus post Chr.natum
® **gratiose** = benevole
gratis i.q. sine pretio, ultro, = gratiis Gertz S
gratuitus, -a, -um i.q. libero arbitrio factus, voluntarius
gratulatio, -nis 1 i.q. actio gratiam habendi, gratia 2 i.q. salutatio 3 i.q. gaudium
gratulor, -atus sum, -ari 1 i.q. gratias ago, rependo 2 i.q. gaudeo, lætor (*supplendum* \`sibi´) a *c.dat.* b *c. abl.* c *c.acc.(c. inf.)* d *additur* quod *c. coni*.
gratulanter i.q. libenter, cum gaudeo
gratus, -a, -um 1 i.q. gratiam habens 2 fere i.q. lætus 3 i.q. acceptus, carus, iucundus a c.dat. b sine dat.
grate i.q. libenter, cum gaudio
gravamen, -inis i.q. molestia (*c.adi. pro gen.obi*.**)** Gertz M **= onus**
gravedo, -inis f. i.q. hebetudo; Gertz S 86, 17 = onus
***gravis**, -e I proprie A i.q. ponderosus B i.q. aliqua re gravatus II translate A de hominibus 1 i.q. audax, atrox, durus 2 i.q. cura affectus B de rebus 1 i.q. magni momenti, efficax, magnus; *nota de somno i.q*. profundus 125, 15 2 in malam partem i.q. acerbus, asper, durus, vehemens a generatim b speciatim de valetudine

*__graviter__ i.q. valde, multum, vehementer
gravitas, -tis 1 i.q. vis, auctoritas a c.gen. 2 i.q. severitas
gravo, -avi i.q. opprimo, vexo
gravor, -atus sum, -ari i.q. dubito, cunctor [*re vera medial.pass*. (gravo).RH]
gregarius, -a, -um de militibus nullo in honore constitutis
gregatim i.q. catervatim
gremium, -ii 1 proprie de parte corporis a sensu strictiore b latiore sensu vel periphrastice 2 translate de interiore parte alicuius rei a generatim b speciatim i.q. solum
gressus, -us 1 i.q. actio gradiendi, passus 2 metonym. de pedibus 3 de temporis spatio
grex, -gis m. i.q. caterva, multitudo I bestiarum A c. gen. B nude II hominum A generatim 1 c.gen. 2 nude B speciatim 1 de comitatu regis (lingua nostra `hird´ syn. comitatus, familia) 2 de ecclsiæ fidelibus (quorum pastor episcopus est) *syn*. plebs 304, 34 526, 20
® **griseus** = canus color Gertz S 365, 9
® **grossus** 1 = crassus 2 = ficus RH
gubernaculum, -i 1 proprie de remo quo navis dirigitur 2 translate de administratione rerum publicarum
gubernator, -is 1 proprie de eo qui navis cursum dirigit 2 translate de rerum publicarum administratore
guberno, -avi 1 proprie i.q. navis cursum dirigo 2 translate i.q. rego; Gertz M cathedram gubernare = munus doctoris/magistri tenere
® **guerra =** bellum Gertz S 424, 15
gula, -æ 1 proprie de faucibus, fere i.q. collum 2 translate a de cibo per gulam transmisso b de aviditate cibi c de aviditate vini *sim.*
gulosus, -a, -um i.q. gulæ vel voracitati obnoxius, deditus
gummi indeclin. n. i.q. materia glutinosa certis arboribus emanans 116, 38
gurges, -itis m. 1 de ipsa voragine, vertice 2 de aquæ mole (*cum de mari tum de flumine*)
gusto, -avi 1 i.q. degusto, bibo 2 i.q. saporem alicuius rei percipio
gustus, -us 1 i.q. actio gustandi, saporem percipiendi 2 i.q. sapor
gutta, -æ i.q. stilla
guttatim i. per guttas
guttur, -is n. i.q. collum, fauces
® **gymnasium =** scholae sacerdotales Gertz M
gymnicus, -a, -um i.q. gymnasticus, ludis partus
gyratio, -is i.q. motio circularis
gyro, -avi i.q. me in orbem verto
gyrus, -i m. i.q. ambitus, circulus

| A | B | C | D | E | F | G | H | I | K | L | M | N | O | P | Q | R | S | T | U | V | X | Y | Z |

Præfatio — Ad usum — Index abbreviationum — Tota editio 1996 — Tota editio 1997

H

habena, -æ [*semper pl*., excepto 78, 35] 1 proprie de loris freno alligatis quibus equi reguntur 2 *in imagine* 270, 33; Gertz S 81, 15 vincula, impedimenta
*habeo, -ui, -itum, -ere I abs. II *c.singulis obiectis* A *pro obi*. corporalia 1 i.q. mihi est, possideo 2 *i.q*. contineo, capio (*opp*.respuo) 3 i.q. obtineo, nanciscor B *pro obi*. incorporalia 1 i.q. mihi est, præsto est 2 *i.q*. adhibeo, exerceo fere i.q. dego : 209, 9 3 *i.q*. facio, ago 4 *i.q*. efficio, affero, præbeo III *cum duobus acc.(vel nom.)* A *i.q*. utor 1 *c.subst*. 2 *c.adi*.3 *c. part.perf*. B *i.q*. duco, existimo, iudico 1 *active* 2 *passive*; <u>variæ iuncturæ</u> 1*c. subst*. a dat. b c.abl. c *c.gen*. 2 *c.adv*. 3 *c.variis præp*. 4 *i.q*. volo *(pro fut.*) 458, 39 referre 5 *c.quæstione indirecta* 6 *c. rel*.; Gertz S 334, 20 haberi in memoriam = esse in memoria; Gertz M habere + inf. = debere; habere in consvetudine = solere
habilis, -e i.q. aptus, idoneus 1 de hominibus 2 de rebus
habiliter i.q. commode
habitabilis, -e i. habitatione aptus
habitaculum, -i n. i.q. sedes, domus
habitatio, -nis 1 i.q. actio habitandi 2 metonym. i.q. sedes, domicilium
habitator, -is i.q. incola
habito, -avi i.q. incolo 1 proprie a trans. b intr. 2 in imagine
***habitus**, -us I proprie de specie et forma corporis humani II *metonym.* de vestibus; Gertz S 203, 5 habitus ordinis, religionis; habitus regularis, religiosus III *translate* A *de condicione vel statu rerum (sæpe perphrastice*) 2 nude B *de dispositione animi* 1 c.gen. 2 nude C *de moribus*
® **habundare** vide **abundare** Gertz S passim
hac in hanc partem (opp. illac)
hactenus 1 hucusque, adhuc, usque ad hoc tempus (in oratione obliqua e.g. 514, 9 2) 2 *elliptice* in initio sententiarum 64, 27 ; = antea, pridem Gertz S passim
hædinus, -a, -um i.q. ad hædum pertinens
hædus, -i i.q. parvulus caper
hæreo, -si, -sum, -rere 1 i.q. inhæreo a c.dat b sine dat. 2 i.q. cunctor, dubito
® **haeresis** f**. =** *lat.* **secta** Georges :haeresis Ariana;**haereticus**, -a, -um; **haereticus** m. (*teutonice* Ketzer
hæsitatio, -nis i.q. cunctatio, dubitatio
hæsito, -avi i.q. cunctor, dubito
halec, -is i. nomen piscis (lingua nostra \`sild´) 491, 4
halitus, -us 1 i.q. anima, spiritus 2 i.q. odor
hamatus, -a, -um i.q. hamis præditus
hamus, -i 1 proprie i.q. uncus 2 translate de insidiis 3 in imagine
hara, -æ de porcorum stabulo
harundo, -inis f. i.q. canna, iuncus
haruspex, -icis i.q. divinus, præsagus
hasta, -æ i.q. instrumentum bellicum hostibus perfodiendis idoneum, hastile
hastatus, -a, -um i.q hasta præditus
hastile, -is n. i.q. hasta, iaculum
***haud** fere i.q. non 1 c.adi. 2 c.adv. 3 c. verbis; Gertz S iuncturae: haud minime = valde, haud modo... immo =non modo non.... sed etiam
haudquaquam i.q. nequaquam, nullo modo
haurio, -si, -stum, -rire I *prævalet notio sumendi* A *proprie* 1 *strictius i.q*. rem liquidam absorbeo 2

latius i.q. aerem capio, traho B *translate i.q.* animo capio 1 i.q. percipio, sentio 2 i.q. audio, disco 3 i.q. agere, adhibere disco II *prævalet notio consumendi* A de corporalibus 1 i.q. percutio, vulnero 2 i.q. interficio 3 i.q. absumo, conficio B *de tempore i.q.* dego
® **haustorium** = teutonice die Pumpe ? < antlia, incerte. (< haurio, haustio (subst), haustor = is qui haurit, haustus = potio) Gertz S 402, 14
haustus, -us I *i.q. actio sumendi, capiendi* A *proprie* 1 *strictius de re liquida i.q.* actio bibendi 2 *latius de aere* B *translate i.q.*actio eius qui animo percipit 1 de institutione, doctrina 2 de affectu, sensu II *i.q. actio vacuefaciendi*
® **hebdomada** vide **ebdomada**
hebes, -tis 1 proprie i.q. retusus 2 translate i.q. languidus, segnis
hebesco, -ere i.q. cunctor, moror (in imagine proprie i.q. retusus fio 56, 2)
hebeto, -avi 1 proprie i.q. retusum facio 2 translate i.q. debilito, infirmo a generatim b speciatim de arte magica
hebetudo, -inis proprie i.q. status rei obtusæ 2 translate i.q. languor, torpor, segnities
hedera, -æ i. nomen herbæ semper virentis, muris adhærentis
herba, -æ de parvis gignentibus
herbosus, -a, -um i.q. herbis confectus, conditus
® **herciscere** (familiam) / erciscere = hereditatem dividere
hercule [deos obtestari RH]
hereditarius, -a, -um i.q. hereditate traditus a strictius b latius 2 i. in quo per ius heredis succeditur
hereditas, -tis 1 de successione in iura ac bona defuncti 2 de ipsis bonis hereditate acquisitis
® **heremus = eremus** *quod vide*
heres, -dis g.c. de eo qui succedit in iura ac bona defuncti 1 c.gen. a proprie b in imagine 2 nude Georges : heres ex asse = heres omnium bonorum; *ibidem* : testamento fecit heredem filiam
® **heresis** = **haeresis** *quod vide*
® **herilis** (< ex heris = nobilibus) *vide infra* **herus**
® heros, -ois (< ante Homerum) *translate* : vir honestus; Gertz M heroes = principes ; *etiam* fortes milites
herus, -i m. de domino quem homagio astricti comites sequuntur
hesternus, -a, -um i.q ad diem priorem pertinet
hians, -tis 1 i.q.apertus 2 i.q. qui os aperit
hiatus, -us fere i.q. rima
hibernus, -a, -um 1 adi. i.q. ad hiemem pertinet 2 subst. n. pl.i.q. hiems
*__hic, hæc hoc__ [gen. sing. huiusce abl.pl. hisci(ne)] *pron. demonstr. primæ presonæ* I *solum ponitur* A strictius 1 subst. a m. b n. 2 adi. B *latiore sensu vi propria imminuta* 1 *i.q.* is ;*spectat ad sequentia* 138, 31 a subst. b adi. 2 *i.q.* ille a in oratione obliqua b in oratione directa 3 *i.q.* iste (*ad pron.* tu *spectat*) 4 *i.q.* talis, tantus *sim.* (*spectat ad antecedentia* e. g. 53, 37 II *respondet aliis pron.* A is....hic 408, 25 B hic... hic C hic ....ille 1 *hic respondet posteriori membro* (a b--b a) 2 hic *respondet priori membro* (a b--a b) 3 *i. q.* alter...alter, alius...quidam D illi ...hic 1 *hic posteriori membro respondet* 2 *i.q.* alter...alter E hoc....quo F *opponitur ceteris* G ipse...hic
hic I de loco A proprie 1 i.q. hoc in loco a generatim b de loco narrationis 2 i.q. ibi B translate i.q. in hoc exemplo, in hac re opp. illic II de tempore i.q. hoc tempore, hac occasione, tunc
® **hiemalis** domus Gertz S 415, 11 = calefactorium, quod vide!

hiems, -is i. pars anni frigidissima inter autumnum et ver

® **hilacer** < *vox contaminata e* **hilaris** *et* **alacer** Gertz M II, 230, 7 nota

hilaris, -e i.q. lætus, serenus

hilariter i.q. læte

hilaritas, -tis i.q, lætitia, serenitas 1 c.gen. 2 nude

hinc 1 i.q. ex hoc loco (*vergit in notionem* \`hic´) a *solum ponitur* b hinc...inde c hinc inde *i.q*. utrimque 2 i.q. ex hac parte a hinc...inde; Gertz M hincinde = aliquando b hinc...hinc 3 i.q. ex hac causa, ex hac re 4 i.q. ex hoc tempore, deinde

hinnitus, -us i. vox equi

hirtus, -a, -um i. crine vel lana densus, horridus 1 adi. 2 subst. n.sg. 122, 20 (proverbaliter)

hirundo, -inis i. nomen avis

hiscens, -tis i.q. apertus, hians

hispidus, -a, -um i.q. hirtus, horridus

historia, -æ 1 i.q. relatio rerum gestarum 3, 6 2 fere i.q. res gestæ

historicus, -a, -um i.q. ad historiam pertinens, antiquus

histrio, -nis i.q. ioculator

hodie i.q. hoc die

hodieque i.q. hodie quoque, etiamnunc

® **homagiari** = (*mil.)* sacramentum dicere regi/duci

® **homagium** = hominium Gertz S 432, 5 teutonice Huldigung, Lehnseid, Mannschaft

® **homelia** (< homelîa (graece) Gertz S : colloquium) = oratio sacra

homicidium i.q. cædes hominis (lingua nostra \`manddrab´)

® **hominium** = teutonice Ergebenheit, Lehnsdienst, Lehnseid, Lehnsmannschaft

***homo**, -inis g.c. animal rationale 1 generatim 2 speciatim a *de femina* b *de viro* c *de mago(vel deo)* ; Gertz S homo dei de sancto, generis incerti d: de milite; Gertz M : homines regis/principis

homuncio, -nis m. i.q. parvus homo (*sensu peiorativo*);*etiam* homullulus, homullus, homunculus Georges

honestas, -tis i.q. dignitas, decor; Gertz M I, 297, 8 = fidelitas

honestus, -a, -um i.q. decorus, nobilis 1 adi. 2 subst. a m. pl. b n.sg. ; Gertz M honestus alicui : testimonium alicui dans

honeste i.q. decore, nobiliter

***honos, -**ris 1 sive de statui.q. dignitas, amplitudo sive de actione i.q. cultus, reverentia a generatim b speciatim de dignitate regia 2 de munere, officio a generatim b speciatim de episcopatu

honorabilis, -e i.qui honorem affert

honorabiliter i.q. cum honore, reverentiâ

honoratio, -nis i.q. actio honorandi

honorificentia, -æ i.q. honor, reverentia

® **honorificare** = honore afficere aliquem

honorificus, -a, -um i. qui honorem affert

honoro, -avi i.q. honore afficio

honoratus, -a, -um 1 i.q. honore affectus, illustris 2 i.qui honorem affert

honorate i.q. cum honore, reverentia

® **honustus** = **onustus** *quod vide*

hora, -æ 1 strictius de vicesima quarta diei parte 2 latius i.q.tempus; Gertz S : horæ (canonicæ, diurnæ et nocturnæ) statuta diei et noctis tempora quibus divina celebrantur.
® **hora** = **ora** *quod vide*
® **horalogium = horologium**
horreo, -ui, -ere 1 i.q. tæter sum 2 i.q. reformido
  horrendus, -a, -um i.q. terribilis, tæter
  horrens, -tis i.q. tæter, atrox
horreum de ædificio in quo frumentum conditur
horribilis, -e i.q. timorem iniciens
horridus, -a, -um i.q. terribilis, tæter 1 adi. 2 subst. n. pl.
  horride i.q. terribiliter
horrificus, -a, -um i.q. horrorem faciens, terribilis
horrisonus, -a, -um i. qui terribiliter sonat
horror, -is 1 de specie, habitu a i.q. rigor b i.q.squalor, horrida species c i.q. acies 2 de sensu qui speciem horridam dat a i.q. terror, timor c.gen.obi. b fere i.q. dolor
hortamen, -inis i.q. actio hortandi
hortamentum i.q. actio hortandi
hortatio, -nis i.q. actio hortandi
hortator, -is i.qui hortatur 1 c.gen.obi.2 nude
® **hortatorius** = ut incitamentum *vel* adhortatio RH; **hortatorie** *adv.*
hortatus, -us m. i.actio hortandi
hortor, -atus sum, -ari i.q. concito, impello, moneo I *pro subi*. homo A *c.acc.obi.*1 *sequitur inf*. 2 *sequitur* ut 3 *sequitur coni*. 4 *sequitur* ad 5 *pro obi*. res appetita B *sine acc. obi*. 1 *c. acc. c. inf.(hic illic copula omissa)* 2 c.inf. 3 c. ut 4 c. coni. 5 abs. II *pro subi* res A c. inf.B abs.
hortulanus, -ii. qui hortum colit
hortus, -i i. locus inclusus, ubi flores crescunt;*vide et* **ortus** ubi alia nominantur
hospes, -itis 1 qui advenam aliquamdiu domo excipit a strictius b latius i.q. dominus domus, paterfamilias 2 i.q. advena, perigrinus qui domo alicuius aliquamdiu excipitur a generatim b speciatim de mercatoribus perigrinis
hospita, -æ i.quæ advenam excipit
hospitalis, -e i.q. benignus erga advenas; hospitale *sc.* edificium
  hospitaliter i.q. benigne erga advenas
hospitalitas, -tis i. benignitas qua advenæ excipiuntur
hospitium, -i 1 i.q. ius hospitum 2 i.q. actio hospites excipiendi, hospitalitas 3 i.q. ædificium vel conclave a proprie b in imagine c de quodam receptaculo loricarum
hostia, -æ animal dis immolandum;Georges: hostias immolare/mactare/caedere, hostiarum munera offerre (Gregor.Tur.)
hosticus, -a, -um i.q. ad hostem pertinet
hostilis, -e 1 de iis quæ ad hostem pertinent a de corporeis b de re incorporali (*pro gen. subi vel poss.*) 2 i.q. adversus, infestus, inimicus
  hostiliter i.q. hostili modo
hostilitas, -tis i.q. animus hostilis, inimicus
*****hostis**, -is g.c. 1 de adversario publico quocum bellum vel certamen est a nude iuncturæ iteratæ c.gen.b

c.gen. c *c. adi.vel pron.* 2 i.q. inimicus a nude b c.gen.
® **hostium** *lege***:** ostium
huc 1 proprie a i.q. in hunc locum b huc atque illuc (in hanc et illam partem) 2 translate a i.q. ad hunc (illum) gradum, modum, statum (*accedit gen. part.*) b i.q. ad hanc rem
hucusque i.q. usque ad hoc tempus
huiuscemodi 1 i.q. talis 2 i.q. hic
huiusmodi fere i.q. hic (*variis casibus, sequuntur verba laudata*)
humanitas, -tis 1 i.q. benignitas, favor, comitas erga homines a c.gen.subi. b sine gen. 2 i.q. gens, homines; humana Christi natura Gertz S 86, 18
humanitus adv. i.q ab hominibus
humanus, -a, -um 1 i.q. ad hominem pertinet a adi. b subst. n.pl. 2 i.q. benignus, comis
  humane i.q. benigne
humecto, -avi i.q. humidum facio 265, 24 solemnibus aquis (i. baptizo)
humefacio, -feci, -factum, -facere i.q. humidum facio
humerus, -i de parte corporis humani 1 proprie [*semper fere i.q.scapulæ q. vide* RH] 2 in imagine
humidus, -a, -um i.q. aqua perfusus
® **humiliare =**summisse se gerere Gertz S 122, 20
humilis, -e 1 proprie de campo qui non alte se extollit, demissus, devexus 2 translate a i.q.ignobilis, obscurus, tenuis b sensu Christiano i.q. submissus, supplex
  humiliter i.q. submisse.suppliciter
humilitas, -tis 1 proprie i.q. situs, devexus 2 translate a i.q. ignobilitas b i.q. demissio, modestia
humo, -avi i.q. sepelio, sepulcro condo
humor, -is i.q. liquor
humus, -i f. i.q. terra, solum
  humi i.q. in terra (*ponitur etiam apud verba motionis, e.g.* 187, 5)
  humo abl. i.q.ex terra
® **hydropicus** = qui morbum aquae intercutis habet Gertz S 243, 6
® **hymenae(e)us** 1 carmen nuptiale 2 pompa nuptiale 3 nuptiae 4 fecundatio
® **hypocrita = assentor / simulator**
hypogæum, -i n. i.q. locus subterraneus ; de sepulchro: 282, 27

| A | B | C | D | E | F | G | H | I | K | L | M | N | O | P | Q | R | S | T | U | V | X | Y | Z |

Præfatio — Ad usum — Index abbreviationum — Tota editio 1996 — Tota editio 1997

Vademecum in opus Saxonis et alia opera Danica compendium ex indice verborum

Hoc est tomus II (auctore Franz Blatt) operis Gesta Danorum ut appellantur; tomus II labori meo fuit fundamentum, sed necessitate coactus omnia errata atque delicta in huius temporis scriptorio facta emendavi ut spero. Notionibus modo et constructionibus servatis omnes pæne notas ad textum nonnisi exempli gratia omisi ad unumquemque locum celeriter perspiciendum; id quod in animo habebam. Angulatis uncis [ ] propria ad deliberandum digna annotavi et omni tempore cum RH signavi. Facultates mechanicae omnes magistros linguae latinae ex amatoribus in exploratores huius artis fecerunt; ob eam causam supplementa huius opusculi sequentur et nos complures et varios auctores cognoscere et legere sperabimus.

Reimer Hemmingsen
Porsevænget 5
DK-8600 Silkeborg

Ad usum

Ordo post lemmata hic est:

- Si satis est significationem simplicem afferre, divisionem non invenies.
- Quod nisi ita est, divisio notionum et constructionum est haec:
- Voces quae in duo sola capita dividendae sunt, parvis litteris (a-b etc.) dividuntur
- Secundo numeri arabici adhibentur (1 a-b; 2 a-b etc.)
- Tertio litterae maximae adhibentur (A 1 a-b;2 a-b;B 1 a-b, 2 a-b etc.)

- Quarto numeri Romani adhibentur (I A 1 a-b;2 a-b;B 1 a-b, 2 a-b; II identidem etc.)

Voces ordine alphabetico afferuntur ita tamen ut participia post verba, adverbia post adiectiva ponantur; ut participia et adverbia derivata esse monstretur, lemmata ista a margine maiore spatio separata sunt.
* ante lemma ostendit non omnes locos Saxonicos allatos esse;
‡ ostendit vocem ante finem sexti saeculi post Chr. natum inveniri non posse;
[ ] indicantur alia ad recensionem vel ad formas pertinentia.

Index abbreviationum

aa, bb etc. pro littera Graeca
abs. absolute
adi. adiectivus/adiective
app. apponitur
c. cum
coni. coniunctivus
consec. consecutivus
demin. deminutivus
demonstr. demonstrativus
e.g. exempli gratia
enunt. prim. /sec.
enuntia prima
enuntia secunda
f. femininum
g.c. genus commune
gr. graece
i.e. id est
imp. imperativus
i.q. idem quod (synonyma)
m. masculinum
n. neutrum
obi. obiectus
opp. opponitur
pers. persona
pos. positivus
poss. possessivus
q.v. quod vide
® id quod in Indice Saxonis non est
RH meo iure et culpa in Latinum translatum, citatum vel explicatum
sc. scilicet
sim. similia
sqq. sequentes
subi. subiectivus / subiectum
superl. superlativus
s.v. sub voce
syn. synonymon
t.t. terminus technicus
v. vide

Gertz M: Scriptores minores historiae danicae.Vol. I et II
Gertz S: Vitae sanctorum danorum Libellus I, II et III
MGH: Monumenta Germaniae Historica Scriptorum
A.M. Albertus Magnus Ausgewählte Texte Darmstadt 1981

I

iaceo, -ui, -ere 1 proprie a genratim i.q. humi porrectus sum, cubo b speciatim de mortuis ; de igni operto 54, 3 fere i.q. sum 395, 18 2 translate i.q. obtritus, abiectus sum
iacens, -tis 1 i.q. infelix 2 i.q. torpens
iacio, -ieci, -iactum, -iacere I *proprie* A *intr.* i.q. per aerem mitto B *trans. i.q.* per aerem (aquam) mitto 2 speciatim a i.q. iaciendo facio b i.q. spargo c i.q. abicio II in imagine III translate 485, 22 voces
iactantia, -æ f. i.q. arrogantia, insolentia, ostentatio 1 *c.gen.*a rei b personæ 2 abs.
iactatio, -nis de fluctuatione et motibus maris
‡**iactilis**, -e i.q. iaci potest (de funditorum lapidibus379, 39 saxa)
iactito, -avi i.q. dictito, divulgo, glorior
iacto, -avi I proprie A abs. de motibus maris fluctuantis B trans. 1 de motibus maris 2 i.q. huc et illuc moveo 3 i.q. per aerem (aquam) mitto 4 i.q. moveo, dirigo 5 i.q. vi collico 6 i.q. abicio(cum contemptu)7 i.q. abicio, proicio II translate A i.q. vehementer commoveo B i.q. præcipito C i.q. vexando ago D i.q. dictito, glorior, præ me fero
iactura, -æ i.q. damnum, detrimentum 1 abs. 2 c.gen. a obi. b subi. c causæ
iactus, -us i.q. actio iaciendi I proprie A abs. B c.gen. 1 obi.2 subi.II translate 52, 2 vocis
iaculatio, -nis i.q. actio iaculandi, vi movendi
iaculor, -atus sum, -ari 1 i.q. tela, missilia iacio 2 i.q. iacio
iaculum, -i de hasta quam manus emittit 1 proprie a c.gen 2 per imaginem de esurie 37, 12 de morte : 224, 4 naturæ
iam I *in enuntiato positivo* A *c.verbis* 1 *de tempore præsenti i.q*. nunc a c. modis finitis b c.inf.2 *de tempore futuro i.q*. mox 3 *de tempore prætertito* a c.impf. b c. plusqpf. c c. perf. B *c. part*. C *sine verbis* <u>iuncturæ</u> iam pridem e.g. 42, 10 iam dudum 338, 22 iam iam 148, 14; Gertz M iamiam = nuper (c.fut. i. q. mox) **II** *in enuntiato negativo* A *in exaggeratione* (*sequitur enunt.adversativum*) B nec iam 138, 19 C iam nec 26, 12 D iam non 435, 36 E nihil iam 295, 25; iam = iam tum Gertz S 63, 13;iam iamque = mox, cito 69, 6
ianitor, -is de eo qui ianuam custodit
ianua, -æ proprie i.q. fores, valvæ 2 in imagine communionis vestræ
Ianuarius, -a, -um i. quod ad primum anni mentem pertinet
ibi 1 i.q. in eo loco 2 i.q. in eum locum
ibidem i.q. in eo(dem) loco
ico, -i, -tum, -ere 1 i.q. ferio, feriendo pulso 2 i.q. facio, pango
ictus, -us i.q.actio pulsandi, feriendi, vehemens motus 1 nude 2 c.gen.
idcirco i. ob eam causam 1 *sequitur* quod 2 *sequitur* ne 3 *sequitur* ut; Gertz S iccirco = idcirco
*__idem__, -eadem, - idem I proprie *ad antecedentia spectat*, aliquem(aliquid) a prædictis personis(rebus) non differre demonstrat, i.q. prædictus A de personis B de rebus 1 nude 2 c.gen.II *prævalet notio identitatis* A de hominibus (*cum subst. tum adi.*) B de rebus (*cum subst. tum adi.*) III *vi propria omissa* A *i.q.*is (variationis causa :290, 36 527, 18) B *de nova qualitate actione passione substantivi iam descript*i 1additur que 2 additur quoque
® **idemptitas** *vide* **identitas**

identidem i.q. rursus 2 i.q. semel atque iterum
identitas, -tis de eodem specierum statu, de speciebus congruentibus
ideo i.q. ob eam causam 1 *spectat ad antecedentia* (*semper additur* que) 2 *spectat ad sequentia* a *sequitur* quod b *sequitur* ut c *sequitur* quia(*omisso verbo* 286, 2) 3 *spectat ad antecedentia et sequentia* 433, 34 (*sequitur* ne)
® **idolatra** = **idolatres**, -ae m. idolorum venerator/cultor;Georges: *etiam adi* idolatris, -tris, *subst.* f.
® **idolatrîa / ydolatrîa =** superstitiones, cultus deorum fictorum
® **idolon (ydolon)** = *lat.* spectrum ; *formaliter* eidolum
® **idioma** *etiam* **ydioma** = **lingua**
idoneus, -a, -um de hominibus vel rebus ad aliquam rem utendis 1 c.dat. 2 nude i.q. bonus; Gertz M idoneus c. inf.
iecur v.**iocur**
® **ieiunare** in pane et aqua Gertz S 316, 14; Gertz M festum aliquod ieiunare = festum celebrare cibo abstinendo
ieiunium, -i 1 generatim de carnis abstinentia 2 speciatim de quadragesimali carnis abstinentia, quadragesima (t.t. ecclesiasticus)
ieiunus, -a, -um i.q. omni cibo privatus, esuriens
***igitur** *particula conclusiva* 1 ad sensum a *proprie concludit* b *sensu proprio omisso transitionem significat i.q.* autem, enim 2 *ad collationem* a *primo sententiæ loco* b *secundo loco*
ignarus, -a, -um i. qui aliquid non scit, aliquem non novit 1 de homine A abs. i.q. inopinatus (active) b c. gen. obi. (imperitus rei equestris379, 37) c *c.acc. c. inf.* d *c. quæstione indirecta* 2 de terra a *i.q.* expers, liber b *i.q.* nescius 3 *de nocte quæ facit ut ignoremus*
ignavia, -æ i.q. timiditas (plerumque dimicantis) 1 c.gen. 2 sine gen.
ignavus, -a, -um 1 i.q. iners, segnis a de homine b de re incorporea fere i.q. inutilis 2 i.q. vilis, inglorius 3 i.q. timidus (plerumque in re militari) a adi. b subst.m.
  ignave i.q. stulte
igneus, -a, -um i.q. calens, candens
***ignis**, -is [*abl. et igni et igne traditur*] I *de elemento* A spectat ad homines qui comburunt, coquunt, incendunt 1 proprie a sg. b pl. 2 in imagine 178, 11 B spectat ad naturam II *metonymice* de morbo qui ignis sacer dicitur i.q. ardor, æstus III *translate* de amore, libidine
ignobilis, -e i.q. vilis, humilis, vulgaris 1 de homine, spectat ad genus, condicionem 2 de re
ignominia, -æ i.q. dedecus, contumelia 1 c.gen. a de iis quibus contumelia exprobratur b de rebus contumeliam præbentibus 2 sine gen. a latius b strictius de pæna
ignominiosus, -a, -um i.q. inhonestus, turpis
  ignominiose i.q. inhoneste, turpiter
ignorantia, -æ i.q. inscientia, error 1 abs. a generatim b speciatim de errore pagano 2 c.gen.obi.
ignoro, -avi 1 i.q. nescio, non novi a abs. b c.acc. c *c. acc. (c.inf.)* d *c. quæstione indirecta* 2 *i.q*. nequeo, nolo
  ignoratus, -a, -um i.q. ignotus
ignosco, -vi, -tum, -scere i.q. veniam do, indulgeo 1 abs. 2 c.dat. a personæ b rei ; Gertz M ignoscere alicui aliquid
ignotus, -a, -um i.q. non notus, abditus 1 c.dat. 2 sine dat. a adi. b subst. n.pl.
ilex, -icis f. i nomen quercus 182, 8 [quercus ilex L (RH)]

® **ilaritas >** hilaritas
ilico v. **illico**
illabor, -psus sum, -bi 1 i.q. labendo incido, decido a abs. b c.dat. 2 i.q. influo (de humore)
illac i.q. in illam partem
illaqueo, -avi 1 proprie i.q. laqueo, circumdo, capio, irretio a pro obi. res irretita b pro obi. res laqueis facta 2 translate i.q. illicio
*__ille__, -a, -ud *pron. quod ad remotiora spectat* **I** *vi propria nondum exstincta* A i.q. iam descriptus, præfatus, talis (adiective) 1 generatim 2 speciatim a in malam partem b in bonam partem B *spectat ad sequentia* (*cum subst. tum adi.*) 1 *sequitur enunt.rel*. 2 *sequitur* cum 3 *sequitur* quod <u>iuncturæ</u> hic....ille spectat ad posterius membrorum antecedentium 18, 32 spectat ad prius antecedentium 64, 30 i.q. alius... alius(quidam)110, 1 ille ...hic spectat ad prius antecedentium 33, 31 spectat ad posterius duorum antecedentium 314, 33 de eodem 480, 31 iste...ille 113, 6 ille ...iste 193, 12 ipse....ille 118, 14 ille ...ipse 264, 24 **II** *vi propria imminuta* A *i.q.* is1 generatim 2 speciatim a in sermone, colloquio (tum ille`) b in anaphora B i.q. hic 59, 11 C abundat 57, 4
illecebra, -æ i.q. ars vel instrumentum illiciendi, deliciæ 1 c.gen.rei qua quis illicitur 2 sine gen. a adi. b sine adi.
® **illecebrosus** qui corruptor est Gertz S 89, 1
‡**illectio**, -nis i.q. actio illiciendi, promissio
illex, -icis i.q. falsus, fraudulentus
illibatus, -a, -um i.q. intactus, inviolatus
*__illic__ 1 proprie i.q. in eo loco (*antecedit* ubi 238, 18) 2 *sensu locali debilitato i.q.* tum, in eo casu a: *solum ponitur* b *opponitur* hic 143, 22
® **illicenciatus** = sine ullo commeatu
illicio, -lexi, -lectum, -licere 1 pro obi. homo i.q. dolo, arte impello, incito 2 pro obi. res incorporea a i.q. dolose comparo b i.q. irretio
illicitus, -a, -um i. quod non licet 1 adi. 2 subst. n.pl.
illico i.q. statim, protinus
illido, -si, -sum, -dere i.q. impingo, violenter admoveo, vi appropinquo (*pro obi*.res, *accedit dat*.)
illinc i.q. ab eo loco
illino, -levi, -litum, -linere 1 proprie a i.q. materia lenta obduco b i.q. depingo c i.q. inscribo, insculpo 2 translate a i.q. afficio, compleo b i.q. indo
® **illocalis** = ad sepulturam non aptus Gertz S 190, 13
illuc i.q. ad eum locum, in eam partem
illucesco, -xi, -cescere fere i.q. venio (de die)
illudo, -si, -sum, -dere i.q. irrideo, ludibrio habeo
® **illuminare** aliquem = visum ei reddere Gertz S 21, 2, illumina faciem tuam super servum tuum = fac ut claritate splendeat Gertz S 338, 21 RH; Gertz M : = vera fide instruere
® **illuminator** qui libros picturis ornat
® **illusiones =** errores
® **illustrare =** laudibus ornare, vera fide instruere
illustratio, -nis i.q. glorificatio
illustrator, -is i. qui laude ornat, illustrem reddit (c.gen.obi.)
illustris, -e i.q. clarus, excellens, notus (de moribus 92, 32) *hic illic de ordine e.g.* 106, 5 I adi.A c.abl. B

nude 1 de rebus 2 de hominibus a generatim b de rege regisque prosapia c de Saxoniæ duce (*superl.vi propria imminuta* 438, 19) [II *deest* RH]
illustre i.q. cum honore
illustro, -avi i.q. honoro, orno, extollo 1 hominem 2 rem
illuvies, -i f. i.q. inundatio 2 i.q. sordes, limus a c.gen. b nude
imago, -inis f. I i.q simulacrum II i.q. forma, figura (*hic illic de vana et fallace forma*) A hominis B rerum corporalium C incorporalium 1 generatim 2 speciatim a in memoria b per somnum III i.q. similitudo, species fere i.q. exemplum, specimen, spectaculum 121, 25 : hanc ...-inem (huius rei similitudinem) IV i.q. titulus V de hominibus; Georges : gr.:eikôn = imago (teutonice: Abbild, Brustbild)
imbecillis, -e i.q. infirmus
imbecellitas, -tis 1 i.q. infirmitas, inopia a c.gen. b c. adi. 2 i.q. ægrotatio (de infirmitate corporis) 3 i.q. timiditas (de infirmitate animi)
imbellia, -æ de statu hominis ad bellum inutilis
imbellis, -e 1 de iis qui bellare non student i.q. non bellicosus, mollis 2 de iis qui bellare non audent i.q. ignavus, timidus 3 de iis qui(quæ) bellare non possunt i.q. infirmus, inutilis
imber, -ris m. 1 proprie i.q. aqua de cælo ruens *syn* nimbus273, 3 2 translate i.q. multitudo
imberbis, -e i.q. non barbatus, barba non præditus
® **imbibitus** (*error*) [in + bibo] translate: qui vanam opinionem imbibit GertzM/RH
imbuo, -i, -tum, -ere c.abl. 1 rei corporeæ i.q. impleo 2 rei incorporæ i.q afficio, doceo
imbutus, -a, -um de hominibus 1 c.abl. i.q. affectus, impletus 2 c.gen i.q. doctus, peritus
imitatio, -nis i.q. actio imitandi (c.gen.obi.)
imitator, -is i.qui imitatur
imitor, -atus sum, -ari 1 i.q. æmulor, æquo, simulo a c.acc. b c.acc. et abl. 2 i.q. sequor, utor
immanis, -e i.q. ingens, permagnus (*vergit in notionem atrocitatis*) Gertz M : immanissimus = permaximus
immanitas, -tis 1 i.q. ingens magnitudo 2 i.q. ingens multitudo
® **immarcescibilis** (< in + marcesco = deflorescere) = semper in flore
immaturus, -a, -um i.q. non maturus 1 proprie 2 translate
immature i.q. inconsulte
® **immeabilis** qui transcendi non potest
® **immediate** = extemplo
immedicabilis, -e i.q. insanabilis
immemor, -is i.q. oblitus, neglegens 1 c.gen.obi. 2 c.acc.c.inf.
immensitas, -tis i.q. ingens magnitudo (*vergit in notionem sævitiæ*)
immensus, -a, -um de magnitudine quam metiri non possumus 1 spectat ad homines i.q. innumerus 2 spectat ad res a corporeas b incorporeas
immerens, -tis [*adiectivus* RH] i.q. innocens, qui notam, pænam, suspicionem non meret
immergo, -si, -sum, -gere c. acc.et dat. 1 proprie a i.q. intingo, infero b i.q. obicio, inicio, infero 2 translate i.q. obicio
immeritus, -a, -um i.q. indebitus
immerito i.q. sine causa, iniuste
immineo, -ere I sensu strictiore de actione pendentis rei (c.dat.) II sensu latiore i.q. insto A sensu temporali B sensu peiorativo 1 c.dat. eorum quibus periculum instat, in quos impetus fit; a *pro subiecto*

persona ; b *pro subiecto* res 2 nude
imminens, tis i.q. instans 1 adi. 2 subst.
immitis, -e i.q. atrox, non mitis
immitius i. atrocius
immitto, -ssi, -ssum, -ttere 1 i.q. in aliquem locum dirigo a c.acc.et dat. b c.acc. (*t.t. de equis quorum habenæ solvuntur* 232, 1) 2 i.q promitto
immo i.particula augens novam sententiam præcedenti addit 90, 6
immobilis, -e i.quod moveri non potest, quietus, tranquillus
immoderatus, -a, -um i.cui modus non est 1 nude 2 c. gen. rei non moderatæ
immodestus, -a, -um i. non modestus, cui modus non est
immodicus, -a, -um 1 i.q. non modicus, non parvus 2 i.q. qui modum nescit
immodice i. sine modo
immolo, -avi i.q. sacrifico
immoror, -atus sum ari c. dat. 1 proprie i.q. moror in aliquo loco 2 translate
immortalis, -e i.q. non mortalis, æternus
immortalitas, - tis i.q. condicio eius qui mori non potest
immotus, -a, -um i.q. immobilis, non motus
immunditia, -æ i.q. impuritas, sordes, squalor
immunis, -e i.q. non particeps, purus 1 c.gen.2 c.ab et abl.
immunitas, -tis i.q. libertas, condicio eius qui tributum solvere non tenetur 1 c.gen. 2 abs.
® **immutabiliter** quod immutabilis est; etiam vide **inmutare**
impactio, -nis i. actio impingendi, illidendi, ictus
impar, -is 1 c. dat. i.q. inferior 2 sine dat. i.q. non par a generatim (c. abl. e.g. 106, 27 b speciatim de numero 467, 15
impariter i. non pariter (spectat ad condicionem)
imparatus, -a, -um i.q. non paratus
® **impartire** = **impertire** (< in + partio) *quod vide*
impatiens, -tis i.q. non patiens (de eo qui aliquid non pati, sustinere non potest) 1 c.gen.obi. 2 nude i.q. moræ impatiens
impatientia, -æ i.q. condicio eius qui aliquid non patitur 1 generatim (c.gen.obi.) 2 speciatim de eo qui moram non patitur a nude b c.gen.; Gertz M = ira
impedimentum, -i de iis quæ impediunt (de obstaculis corporalibus) 1 generatim de quolibet obstaculo a nude b c.gen. c *c. gen. definitivo* 2 speciatim de sarcinis
impedio, -vi, -tum, -re 1 i.q. arceo, prohibeo, efficio ut aliquid non fiat 2 i.q. remoror, retineo
impeditus, -a, -um i.q. difficilis, qui impeditur
impello, -puli, -pulsum, -pellere I i.q. pellendo afficio, violenter tango A proprie 1 abs. 2 c.acc.B in imagine II i.q. hortor
impendeo, -ere i.q. immineo
impendium, -i 1 i.q. actio impendendi, exhibendi, monstrandi (*hic illic periphrastice*) 2 i.q. damnum, iactura; a c.gen.obi.; b nude 3 i.q. opera, labor
impendo, -di, -sum, -dere 1 i.q. facio ut aliquid pendeat 2 i.q. do, præbeo, solvo a c.acc.et dat. b c.acc. 3 i.q. utor, alicuius rei obtinendæ causa (*cf.* 54, 11 *ordo versuum mutandus non est*); obsequium pendo = res divinas conficere, sacramenta, cultum exsequi Gertz S 385, 18

impensus, -a, -um i.q. gravis, magnus, sumptuosus
impense i.q. sumptuose, valde
® **runcinus** = equus = iumentum >< **palafridus** *quod vide*
ruo, -i, -ere 1 i.q. cum impetu moveor a abs. b additur quo 2 i.q. collabor, cado a res b homines
rupes, -is f. 1 i.q. mons præruptus, saxum (danice fial>fjæld) 2 i.q. saltus, hiatus montis
ruptio, -nis i.q. scissio
® **ruptura** < (di)rumpi = **fractura** membri
ruralis, -e i.q. ad rus pertinens, rurestris
ruricola, -æ g.c. i.q. agricola, rusticus
*__rursum__ 1 i.q. denuo, iterum, rursus 2 i.q. deinde, postea 3 i.q. vicissim 4 in enumeratione 245, 21 tum... item....rursum 5 in colloquio responsum inducit
rursus (v. **nunc**) 1 i.q. contra 2 i.q. vicissim
rus, -ris n. (Gertz S 103, 21 rus f. gen.) 1 de terra 2 de arvo aratro colendo vel culto 3 de agro civitati vicino 4 de terra firma
® **rusticalis** = rusticans/ rusticus (peiorative) Gertz S 414, 25
rusticanus, -i m. i.q. agricola, rusticus
rusticitas, -tis 1 i.q. cultus, habitus agrestis 2 i.q. virtus agrestis
rusticus, -a, -um 1 i.q. agrestis, rusticis aptus 2 fere i.q. rudis, asper
® **rutheri** = ritteri Gertz M: milites
rutilans, -tis i.q. rutilus
® **rutilare** = fulgere Gertz S 24, hymn., 18
rutilus, -a, -um i.q. flavus, luteus; = fulgens Gertz S 281, 39

Vademecum in opus Saxonis et alia opera Danica compendium ex indice verborum

Hoc est tomus II (auctore Franz Blatt) operis Gesta Danorum ut appellantur; tomus II labori meo fuit fundamentum, sed necessitate coactus omnia errata atque delicta in huius temporis scriptorio facta emendavi ut spero. Notionibus modo et constructionibus servatis omnes pæne notas ad textum nonnisi exempli gratia omisi ad unumquemque locum celeriter perspiciendum; id quod in animo habebam. Angulatis uncis [ ] propria ad deliberandum digna annotavi et omni tempore cum RH signavi. Facultates mechanicae omnes magistros linguae latinae ex amatoribus in exploratores huius artis fecerunt; ob eam causam supplementa huius opusculi sequentur et nos complures et varios auctores cognoscere et legere sperabimus.

Reimer Hemmingsen
Porsevænget 5
DK-8600 Silkeborg

Ad usum

Ordo post lemmata hic est:

- Si satis est significationem simplicem afferre, divisionem non invenies.
- Quod nisi ita est, divisio notionum et constructionum est haec:
- Voces quae in duo sola capita dividendae sunt, parvis litteris (a-b etc.) dividuntur
- Secundo numeri arabici adhibentur (1 a-b; 2 a-b etc.)
- Tertio litterae maximae adhibentur (A 1 a-b;2 a-b;B 1 a-b, 2 a-b etc.)

- Quarto numeri Romani adhibentur (I A 1 a-b;2 a-b;B 1 a-b, 2 a-b; II identidem etc.)

Voces ordine alphabetico afferuntur ita tamen ut participia post verba, adverbia post adiectiva ponantur; ut participia et adverbia derivata esse monstretur, lemmata ista a margine maiore spatio separata sunt.
* ante lemma ostendit non omnes locos Saxonicos allatos esse;
‡ ostendit vocem ante finem sexti saeculi post Chr. natum inveniri non posse;
[ ] indicantur alia ad recensionem vel ad formas pertinentia.

Index abbreviationum

aa, bb etc. pro littera Graeca
abs. absolute
adi. adiectivus/adiective
app. apponitur
c. cum
coni. coniunctivus
consec. consecutivus
demin. deminutivus
demonstr. demonstrativus
e.g. exempli gratia
enunt. prim. /sec.
enuntia prima
enuntia secunda
f. femininum
g.c. genus commune
gr. graece
i.e. id est
imp. imperativus
i.q. idem quod (synonyma)
m. masculinum
n. neutrum
obi. obiectus
opp. opponitur
pers. persona
pos. positivus
poss. possessivus
q.v. quod vide
® id quod in Indice Saxonis non est
RH meo iure et culpa in Latinum translatum, citatum vel explicatum
sc. scilicet
sim. similia
sqq. sequentes
subi. subiectivus / subiectum
superl. superlativus
s.v. sub voce
syn. synonymon
t.t. terminus technicus
v. vide

Gertz M: Scriptores minores historiae danicae.Vol. I et II
Gertz S: Vitae sanctorum danorum Libellus I, II et III
MGH: Monumenta Germaniae Historica Scriptorum
A.M. Albertus Magnus Ausgewählte Texte Darmstadt 1981

| A | B | C | D | E | F | G | H | I | K | L | M | N | O | P | Q | R | S | T | U | V | X | Y | Z |

S

sab(b)atum = feria septima (dies lunae), dies solemnis, = septimana 95, 21, (sexta sabbati, prima sabbati)
sabulum, -i i.q. harena, terra harenæ plena; plur. Gertz S 101, 1
saccus, -i vas vinarium
sacellum i.q. locus deo sacratus 1 de choro ecclesiæ christianæ 2 de delubro pagano 3 i.q. simulacrum dei pagani
***sacer**, -a, -um [, -sacra, -sacrum RH.] I adi.A i.q.sanctus, religiosus, consecratus 1 spectat ad religionem Christianam a de hominibus b de rebus ad religionem pertinentibus 2 spectat ad paganos a de dis paganis b de rebus ad cultum paganum pertinentibus B i.q. horrendus, terribilis, de morbo quodam II subst. n. pl. A speciatim a de religione Christiana a nude b c.gen.rei c c.gen.personæ d c.adi. 2 de cultu pagano a nude b c.gen. B generatim de moribus et institutis humanis 1 c.gen. 2 c. adi.
sacerdos, -tis 1 de eorum ordine qui sacris christianis præsunt (*syn.* clerici, sacrorum administratores) a generatim b speciatim de episcopo 2 de iis qui cultui pagano præsunt a nude b c.adi *c* c.gen. (de deo qui colitur)465, 23
sacerdotalis, -e i. ad sacerdotem vel ad clerum pertinens (*nonnisi de ecclesia Christiana*)
sacerdotium, -i i. sacerdotis dignitas et officium 1 generatim de ministris ecclesiæ a nude b c.gen. c cadi. 2 speciatim de (archi)episcopatu a nude b c.adi; Gertz S 319, 11 = sedes episcopalis
sacramentum, -i 1 i.q. iusiurandum, de fide verbis solemnibus data 2 de baptismate; Gertz S 60, 5 0 sacramentum eucharistiæ; sacramenta = cultus; Gertz M sacramenta = hostia *vel* reliquiæ sanctorum
sacrarium, -i 1 proprie de loco consecrato, de ædificiis Christianorum sacris, de ecclesiis a nude b c.adi. 2 translate fere i.q. thesaurus ; *vel* sacraria = locus sacer, ædes Gertz S 93, 9
sacrificium, -i 1 proprie de rebus divinis a de cultu pagano b de ritu Christiano (i.q. missa) 2 translate; sacrificium celeste = confectio corporis Christi in summa missa Gertz S 239, fragm.II, 7, sacrificium domini 336, 5
sacrilegium, -i i. violatio rei sacræ 1 speciatim a de violatione ritus pagani 72, 21 b de violatione sacrorum Christianorum 262, 4 2 generatim i.q. impietas, scelus
sacrilegus, -a, -um de eo qui sacra violat 1 adi. 2 subst.
‡**sacrista**, -æ m. i. custos ædificiorum et sacrorum Christianorum;= sacristanus Gertz S 344, 24; = thesaurarius Qui reliquias et ornamenta vasaque omnis generis custodiret (*locus nullus*)
® **sacristia** = sacrarium ubi sacra ecclesiæ asservantur Gertz M
sacro, -avi i. sacrum facio, dico, consecro 1 c. obi. et abl. 2 abs.
sacratus, -a, -um i.q.sacer, deo dedicatus 339, 17 : sacratissimis ossibus (de reliquiis viri sancti)
sacrosanctus, -a, -um i. inviolabilis
sæculum, -i 1 sing. fere i.q. tempus, semper de præterito tempore 2 i.q. longum annorum spatium
***sæpe** 1 pos. i.q. crebro, frequenter 2 comp. a *vi comparationis non obscurata* (*sequitur* quam) b *vi comparationis debilitata i.q.* identidem
sæpenumero i.q. sæpissime
sæpes, -is f. (Gertz S 346, 10 ; masc.) 1 i.q. sæptum quo clauditur ager 2 de sæptis in aqua ad pisces

capiendos positis (gurgustiis < gurgustium < gurges Georges)
sæpio, -si, -tum, -ire i.q. munio, custodiæ causa circumdo (*nonnisi pass*.)
sæptum 1 i. locus sæptus et munitus 2 i.q. cella 445, 17; Gertz S 148, 16 septa = ambitus: intra ecclesiæ septa (teutonice Gewölbe)
sævio, -ire i. sævus sum, crudeliter ago (*nonnisi part.præs. et gerund.*) 1 de animantibus a nude b c. præp. 2 de vehementia tempestatis vel maris
sævitia, -æ i.q. crudelitas, ferocitas, immanitas 1 c.gen. vel pron.poss. 2 c.adi. 3 abs.
sævus, -a, -um i.q. asper, crudelis, ferus 1 pos. a de rebus b de hominibus 2 superl. a de rebus b de hominibus
sagacitas, -tis i.q. acumen, calliditas, sollertia (*nonnisi c.gen.*)
sagax, -cis i.q. callidus, peritus 1 adi. 2 subst.
sagaciter i.q. callide
sagina, -æ i.q. obesitas, adeps
sagitta, -æ i. iaculum quod arcu emittitur 1 c.gen. 2 c.adi. 3 nude
sagittarius, -a, -um 1 adi. ad sagittam pertinens 2 subst. de iis qui sagittis pugnant
sagitto, -avi i. sagittas emitto
sagulum, -i i. indumentum, pallium
sal, -is 1 proprie 2 translate de lepore vel ioco faceto
® **sala** *i.e.*ad solemnia celebranda
salacitas, -tis i. vis saliendi
salax, -cis de eo qui pruritum efficit
salebra, -æ 1 proprie de loco aspero et transitu difficili 2 translate a de rebus adversis b de obiurgatione
salinum, -i vas in quo sal reponitur 175, 14
salio, -vi, -tum, -re i. sale condio 142, 27 480, 16
saltem i.quidem, certe 1 *spectat ad sequentia* 2 *spectat ad antecedentia*; Gertz S nichilominus 407, 24
saltim i.q. saltans
1 **saltus**, -us i.actus saliendi, saltatio ;518, 18 fere i.q. fuga
2 **saltus**, -us i. locus silvanus et pascuus (*nonnisi plur*.) 1 c.adi. 2 c.gen. 3 nude
salubris, -e 1 generatim i.q.sanus, utilis, salutem afferens a pos. b comp. c superl. 2 speciatim spectat ad valetudinem
salubriter i.q. utiliter, commode
salubritas, -tis 1 generatim i.q. sanitas, utilitas a c.gen. b nude 2 speciatim spectat ad valetudinem
salum, -i i.q. mare
***salus**, -tis 1 generatim i.q. incolumitas, integritas, vita a c.gen. vel pron.poss. b c.adi. c nude 2 speciatim a spectat ad sanationem morbi b spectat ad religionem Christianam
® **salutamen** = salutatio Gertz M/RH
salutaris, -e i.q. utilis, bonus, sanitatem vel salutem afferens 1 generatim a de rebus b de hominibus 2 speciatim spectat ad religionem Christianam
salutatio, -nis i. actus salutandi
saluto, -avi i. salutem dico, salvere iubeo; salutare = salvator (ex usu Vulgatæ) Gertz S 352, 5
salvo, -avi i.q. servo (nonnisi gerund.); salvare Gertz S 21, 6 etc. Gertz M = conservare, salutem afferre ; liberare, eripere aliquem a re;**salvatio, salvator**
salvus, -a, -um i.q. incolumis, vivus et sanus 1 de hominibus 2 de rebus

® **sanatio** = curatio RH Gertz S 130, 17 *vide* sanitas *pro curatione* sanitas = bona valetudo
sancio, -xi, -ctum, -cire i.q. decerno, constituo, scisco
® **sanctificare** = consecrare Gertz S 261, 3; Gertz M: **sanctificatio** = consecratio
® **sanctimonialis** = virgo Domini
sanctio, -nis i.q. rogatio, lex
sanctitas, -tis (sanccitas/sancitas)semper spectat ad religionemChristianam 1 generatim fere i.q. fides, pietas, animus pius a c.gen. personæ b c.gen. rei; 439, 19 : quippe quem animi virtus et generis sanctitas tantæ rei iudicem deposcant (fere i.q. nobilitas) c sine gen. 2 speciatim de qualitate viri sancti
® **sanctuarium** Gertz S praecipue = chorus basilicae 120, 4
sanctus, -a, -um i.q. pius, religiosus (nonnisi de Christianis) 1 adi. a de virtutibus vel rebus ad religionem Christianum pertinentibus b de hominibus 2 subst. m. pl.
  sancte i.q. pie, religiose
sane 1 vi affirmativa i.q. certe, quidem, nempe; 76, 24 i.q. iure
***sanguis**, -inis m. i.q. (cruor 1 de sanguine effuso) 2 de cognatione a i.q. genus, gens b i.q. proles, de filiis 3 i.q. natura, ingenium
® **sanguisugus <** sanguisuga = hirudo (*teutonice* Blutegel)
sanies, -ei f. 1 i.q. sanguis corruptus, venenum quod spuunt serpentes vel dracones 2 i.q. putror
sanitas, -tis i. bona valetudo; Gertz M = sanatio = valetudo restituta RH
® **sannio**, -onis m. = **fatuus/fatua, scurra, -**ae m., **nugator**, -oris(Georges)
sano, -avi i. sanum reddo, curo
sanus, -a, -um semper spectat ad animum (*nonnisi comp*.)
sapidus, -a, -um i. gratum saporem habens
  sapide i cupide, grate
sapiens, -tis i.q. peritus, prudens 1 adi. 2 subst. m.;cf. maior natu Gertz S 102, 6
  sapienter i.q. prudenter
sapientia, -æ i.q. prudentia 1 c.gen. 2 sine gen.
sapio, -ivi, -ere i. sapens, prudens, sanus sum
sapor, -is m. 1 proprie i.q. gustus a c, gen. b sine gen. 2 translate de epulis delicatis
sarcina, -æ i.q. onus quod fertur in itinere 1 c.gen. 2 sine gen.
sarcio, -si, -tum, -cire 1 i.q. reficio, reparo 2 i.q. compenso, medeor
® **sarcophagus** = arca Gertz S 129, 20 ; = sepulcrum Gertz S 357, 2
sarculus, -i i. instrumentum quo terra foditur vel sarritur
® **sartor** = vestifex Gertz S 439, 3 (< sarcio = reparo vestimentum)vide etiam **sector**
sat i.q. satis
satago, -ere i.q. vehementer cupio;satagere = studere Gertz S 86, 6
***satelles**, -itis m. i.q. stipator, corporis custos, latro (*sæpe de viris qui [danice] `hird´ vel `huskarle ´nominantur sed prævalente notione in malam partem vergente*) 1 c.gen. 2 sine gen.
satietas, -tis 1 proprie de appetitu cibi satiendo i.q. saturitas a c.gen. b sine gen. 2 translate a i.q. satisfactio vel status satis habendi b i.q. fastidium, tædium
satio, -avi 1 proprie i.q. cibo vel potu saturum facio 2 translate spectat ad animam i.q. expleo, satisfacio
® **satirus =** Satyrus Gertz M/RH
***satis** 1 pos. i.q. sufficiens, æquus, par a *coniungitur cum* adi b cum verbo 2 comp. i.q. melius, utilius, potius a adv. b adi. n.

satisfacio, -feci, -factum, -facere 1 *generatim fere i.q.* pareo, obedio ; *passive i.q.* contentus sum 2 *speciatim* satisfactionem do
satisfactio, -nis i. actus satisfaciendi
sator, -is i.q. progenitor, origo
satrapa, -æ m. i. profectus provinciæ, *speciatim* comes regius [danice `jarl´ vel `hertug´] 1 c.gen. 2 sine gen.
satur, -a, -um i.q. satiatus
saturitas, -tis i.q. satietas cibi
® **satus**, -us = actio serendi *vide* **sero**; translate = procreatio, origo, genus GeorgesRH
saucio, -avi 1 proprie i.q. vulnero a in pugna b de morbo 2 translate i.q. perforo
saucius, -a, -um i.q. vulneratus 1 in pugna 2 de ebrietate
saxeus, -a, -um 1 proprie ad saxa pertinens (pro gen.) b c.saxis factus 2 translate de animo, fere i.q. ferreus
saxum, -i 1 generatim fere i.q. lapis a in natura b ad iactationem in pugna usitatum c ad ædificandum 2 speciatim de lapidibus qui [danice] `runestene´ vocantur
scaber, -bra, -brum i.q. asper, inæqualis
scabidus, -a, -um i.q. scabiosus, scabie laborans
scabies, -ei f. i. asperitas cutis cum pruritu
scæna, -æ i.q. ludus vel pars ludi
scænicus, -a, -um i.q. ad scænam pertinens, histrionalis
scalæ, -arum f. i. machina gradibus constans qua ad ascendendum utimur
® **scalaris** = < scalae, -arum = *adv*. gradatim
scalpo, -si, -tum, -ere i.q. rado
® **scama** vide **squama**
® **scandalizare** =infamare; infamiae obicere Gertz S 305, 26;in perniciosum errorem inducere 383, 16
® **scandalum** (gr.skandalon) quod moleste fertur. Gertz S 126, 16; Gertz M = læsio, damnum
scando, -di, -sum, -dere i. q. ascendo, conscendo
® **scansorium** (< scansorius, -a, -um < scando = equum scandere/conscendere) = **stapia**
scapha, -æ i.q. navis, navicula
scapulæ, -arum f. i.q. humeri vel superior dorsi pars
scarabæus, -i i. insecti genus
scatebra, -æ i.q. eruptio aquæ scatentis, aqua fontis
scateo, -ere i.q. abunde effluo
scaturigo, -inis f. i.q. scatebra, aqua scatens
scaturio, -ire i.q. scateo
sceleratus, -a, -um i.q. flagitiosus, nefarius, scelestus 1 adi. 2 subst. m.pl.
® **scelerose** *adv* < scelus = plenus sceleris
scelestus, -a, -um i.q. sceleratus, scelere contaminatus 1 adi. 2 subst. m.pl.
***scelus**, -eris n. i.q. flagiti*u*m, maleficium, probrum (etiam de animo scelerato) 1 nude a generatim b speciatim de stupro 2 c.gen. de sceleris genere
‡**sceptratus**, -a, -um i. sceptro regio ornatus
sceptrum, -i i.q. baculum, insigne potestatis regiæ, translate 1 i.q. regnum 2 i.q. patria
® **schedula = folium** Gertz M

schema, -tis n. i.q. forma, figura 1 corporis 2 de forma et ordine litterarum vel nominum 124, 1 : sentiarum schemata (i.q. proverbia)
schisma, -tis n. i.q. discordia, dissensio ecclesiæ
schismaticus, -a, -um i.q. dissentiens vel dissentibus adhærens 1 adi. 2 subst. m.pl.
schola, -æ 1 proprie i.q. locus quo artes liberales et doctrina ecclesiæ docentur 2 translate i.q. doctrina, studium
scientia, -æ 1 i.q. doctrina, eruditio a abs. b c.gen.obi. 2 i.q. notitia, cognitio
scilicet habet vim explicandi et accuratius exponendi, fere i.q. quippe, nempe
scindo, -di, -sum, -ndere i.q. findo, abrumpo
scindula, -æ i.q. tenuis lamina e ligno
scintilla, -æ i.q. particula ignis quæ e silice cum cæditur exsilit
scintillo, -avi i.q. scintillas emitto
***scio**, -vi, -tum, -re i.q. novi, cognitum habeo 1 c.acc. 2 c. quod 3 c.acc. c.inf. 4 c. quæstione indirecta; scire = posse Gertz S 351, 19
  sciens, -tis i.q.gnarus, peritus
  scitum, -i i.q. decretum, iussum
® **sciscitatio =** interrogatio
sciscitor, -atus sum, -ari i.q. scire laboro, percontor : c. quæstione indirecta
® **sc(h)isma** quod ecclesiam dividit;scismaticus Gertz M/RH
scissim i.q. scindendo
® **scissitare** Gertz S 245, 11 scissitant = sciunt (? RH) ; =sciscitare = exquirere Georges
® **scius** = gnarus Gertz M
® **scolares =** discipuli scholae monasterii
® **scolasticus** = scholæ magister;studium scholasticum = studium universale Gertz M/RH
scopæ, -arum f. i.q. instrumentum quo verrimus [vias, pavimentumRH] Gertz M **scopare** = verrere
scopulus, -i i.q. rupes, saxum in monte vel in mari eminens
scortum, -i i.q. meretrix
® **scotare =** tabellâ vendere; **scotatio** = tabella emptionis
scriba, -æ m. 1 i.q. minister regis 2 i.q. minister episcopi 3 i.q. sacerdos, sacrorum administrator; Gertz S 108, 23 scribæ = theologi Iudæorum
scribo, -psi, -ptum, -bere i.q. litteris mando, scribendo narro 1 abs. 2 transitive 3 c. duobus acc. 4 c.dat. 5 c.acc. c.inf.
® **scrinium** = reliquiarium 274, 21 vide et arca /theca
  scriptum, -i n. 1 i.q.epistula, litteræ 2 i.q. historia litteris mandata 3 speciatim de suffragiis scriptis 423, 24; = formula scripta cuius lectio morbidum sanare potest 347, 29
scripto, -avi i.q. scriptito, sæpe scribo
scriptor, -is i. qui scribit, auctor librorum historicorum
scriptura, -æ i.q. ductus litterarum
scrobis, -is m. i.q. fossa
scrupeus, -a, -um i.q. scrupis plenus, lapidosus, asper
scruposus, -a, -um i.q. scrupeus
scrupulosus, -a, -um i.q. diligens, minuta quæque persequens
  scrupulose i.q. diligenter

® **scrupulus** = sollicitudo Gertz M/RH
scrutatio, -nis i.q. inquisitio diligens, perscrutatio
scrutor, -atus sum, -ari 1 i.q. diligenter inquiro, perscrutor a c.acc. b c.acc. et abl. 2 i.q. exploro (sensu militari) 3 i.q. excogito; Gertz M *etiam* = perlustrare
  scrutabundus, -a, -um i.q. inquirens
scurra, -æ i.q. ioculator (syn. histrio, app.parasitus)**;**Georges: **sannio, nugator, fatuus/fatua**
scurrilitas, -tis i.q. procax dicacitas
scurriliter i.q. scurræ more, procaciter
*__scutum__, -i i. genus armorum ad defensionem
scyphus, -i i.q. vas potorium, poculum
*__se__ omittitur 126, 13-14 [sese nonnisi pro acc.] 1 vi reflexiva a refertur ad eiusdem sententiæ subi. (refl. dir., plures comprehendit 496, 34 528, 28) b refertur ad verbi regentis subi. (refl. indir.) sæpissime in acc. c.inf. c refertur ad nomen quod secundum logicam pro subi. est 2 vi reciproca inter se 3 sine vi reflexiva pro pron. is ponitur e.g. 37, 2
<u>iuncturæ</u>: secum (reflex.dir.), pro `cum eo´ 203, 24, per se , *additur* ipse, sibi vult, *additur* quisque; se, sibi *pro* eum, ei, eo *et vice versa*; su(u)s *pro* eius etc.
secedo, -ssi, -ssum, -dere i.q. abeo, recedo, seorsum eo
secerno, -crevi, -cretum, -cernere i.q. seiungo, dirimo, separo 1 sensu locali 2 sine sensu locali
® **secretarius** = scriba fidelis, secretorum consiliorum particeps Gertz M/RH ; *etiam* qui peritus secreta novit
® **secretarium** = sacristia
  secretus, -a, -um 1 adi. a i.q. separatus, semotus, desertus b i.q. occultus, clandestinus 2 n. subst. i.q. arcanum
  secreto i.q. separatim, clam 1 pos. 2 comp. (eodem sensu)
secessio, -nis i.q. recessus
secessus, -us 1 generatim i.q. recessus, discessus, absentia a c.gen. b nude 2 speciatim a i.q. receptus (sensu militari, fere i.q. fugæ simulatio) b i.q. locus devius c i.q aditus angustus
seco, -ui, -tum, -are (*vulg*. avi-atus)1 proprie i.q. cædo, reseco a c.obi. b abs. 2 translate i.q. divido, seiungo
® **secreta** sc. oratio (Ducange) Gertz S 369, 24
secretarium, -i i.q. locus secretus, penetrale
® **secretarius** = scriba (abbatis) Gertz S 345, 12
sectator, -is i.q. qui assidue sequitur, socius
sectio, -nis i.q. actus secandi 1 c.gen. 2 nude; = messis Gertz S 119, 10
sector, -atus sum, -ari 1 proprie a i.q. sequor b i.q. insequor, persequor 2 translate a i.q. obsequor, obtempero b periphrastice fere i.q. adhibeo, utor
® **sector** (<seco) = vestifex qui vestimenta nova facit;*vide etiam* sartor (< sarcio = reparo)
® **seculum** = mundus Gertz S *passim* ; *saepe* = æternitas;*sed saepius*: seculum seculi *sive* secula seculorum, Gertz M *etiam* = mundus profanus, = mundus; *iunctura* a seculo = ab initio mundi
® **secularis** qui est in terris Gertz S 69, 20 ;seculares = seculares canonici 301, 7 ; = laici 320, 6;clerici seculares >< monachi regulares
® **seculariter** = secularium modo Gertz S 358, 19
‡**secunditas**, -tis de vento secundo

secundo, -avi i.q. secundus sum
secundus, -a, -um 1 de ordine opp. primus 2 de rebus secundis *opp.* adversus; Gertz S 279, v.5 secundus + alicui: ut ei quis vix foret secundus = aequalis
  secundo i.q. secunda vice, iterum;additur quoque 236, 36
  secundum *e coniectura vix recta*
® **securare** = tutum facere RH
securicula, -æ i.q. securis parva
securis, -is [acc. securim] i. ferrum quo cædimus
securitas, -tis i.q. condicio vel status eius qui securus vel tutus est, tranquillitas animi 1 abs. 2 c.gen.
securus, -a, -um 1 de hominibus i.q. qui sine cura est, tutus a abs. b c.gen.obi. c c.ab 2 de rebus a abs. b c. ab
  secure (nonnisi in comp.) i.q. tuto, sine cura
secus 1 adv. i.q. aliter a abs. b *sequitur* quam c *sequitur* ac 2 præp. c.acc. i.q. apud (de loco), prope; Gertz S 70, 3 = iuxta
*__sed__ particula adversativa I *singula verba coniungit* A negatione præeunte B nulla negatione præeunte nota 23, 13 secundo loco ponitur metri causa II *sententias inter se opponit* A solum ponitur B sed et 1 vi adversativa plus minus debilitata 2 i.q. sed etiam 3 i.q. et 4 i.q. sed etiam C sed et ...quoque i.q. etiam D sed et...pariter (pleonastice) E non modo..sed F sed nec i.q. neque vero 2 i.q. et ne ...quidem 3 i.q. sed ne ...quidem G sed neque 1 i.q. neque vero 2 i.q. et ne...quidem 3 i.q. sed ne ...quidem; Gertz S sed (sed et) = praeterea, quin etiam 19, 7
sedabilis, -e i.q. qui sedari potest
sedeo, -sedi, -sessum, -sedere i.q. consideo; Gertz M sedêre : sêdit sententia = permansit sententia; animo sedêre = in animo haerere
sedes, -is 1 i.q. locus sedendi, habitatio a generatim b speciatim de inferis 2 i.q. sella a de sella remigum b de sede regia (Gertz S 116, 10 = aedes regia) c de sella pontificali d de fundamento ædis
sedile, -is n. i.q. sedes, subsellium
seditio, -nis 1 genratim i.q. discordia, altercatio 2 speciatim i.q. tumultus, motus populi (sæpe de bellis civilibus Daniæ)
seditiosus, -a, -um 1 adi i.q. turbulentus, qui seditiones facit 2 subst. m.pl. de hominibus seditiones excitantibus
  seditiose i.q. effrenate, turbulente
sedo, -avi fere i.q. lenio, reprimo, restinguo
seduco, -xi, -ctum, -cere 1 i.q.seorsum duco 2 i.q.deduco (c. quo minus)
® **seductor =** Satanas Gertz S 112, 14
sedulitas, -tis i.q. diligentia
sedulus, -a, -um i.q. studiosus, intentus, assiduus 1 de hominibus a nude b c. inf. 2 de rebus
  sedulo i.q. assidue, studiose, impigre
seges, -tis f. i.q. fruges in agris nondum demessæ, ex quibus panis conficitur
segnis, -e i.q. piger, tardus, ignavus
  segniter i.q. tarde, ignave 1 pos.; c. negatione (sæpe nec segniter´ initio sententiæ) 64, 35 2 comp. c. negatione 73, 7
segnities, -ei f. [130, 26 i.q. inertia RH] 1 abs. 2 c.gen.
segregatim i.q. separatim

segrego, -avi i.q. separo
sella, -æ 1 generatim i.q. sedes, sedile 2 speciatim de ephippio
semel 1 i.q. una vice (vi peremptoria e.g. 134, 19) 2 i.q. aliquando (vi debilitata) (202, 33 i.q. forte)
semen, -inis i. quod seritur i. de fructu frumenti 2 de partu hominis
sementis, -is i.q. satio, seminatio *nonnisi translate*
semestris, -e i. qui sex mensium est
semianimis, -e i.q. semivivus, semimortuus
‡**semicæsus**, -a, -um i.q. dimidia parte percussus
semideus, -i i. dimidia parte deus, dimidia homo de Baldero 64, 3
‡**semifusus**, -a, -um i.q. pæne labitur
semilotus, -a, -um i.q. dimidia parte lautus
seminarium, -i translate i.q. origo, principium (< semen) re vera ubi stirpes et herbae adolescunt RH ; Gertz S 324, 16 proponit = sementis quae facitur.
seminex, -cis i.q. semianimis
semino, -avi i.q. in agris effundo
semisopitus, -a, -um i.q.semisomnis
semita, -æi.q. callis, via angusta 1 proprie 2 translate
‡**semivigil**, -is i.q.. semisomnis
semoveo, -vi, -tum, -vere i.q. removeo
*****semper** i.q. omni tempore, omne ætatis tempus, usque
sempiternus, -a, -um i.q. semper durans, perpetuus, æternus
senatus, -us 1 i.q. concilium deorum 2 de decurionibus urbis [Metz RH] 442, 2
senecta, -æ 1 i.q. senectus 2 i.q. senex(abstractum pro concreto)
senectus, -tis i.q. senium, senecta
senesco, -ere i.q. senex fio
senex, -is m. i.q. virætate provectus
senior generatim fere i.q. senex 2 speciatim a de viris in contione præstantibus b de vetustissimo chori membro; vir peritissimus villae (*danice* oldermand);seniores = maiores aetate
seni, -æ, -a i.q. sex (sensu distributivo omisso)
senilis, -e1 i.q. quod ad senectutem pertinens 2 i.q. senis
senium, -i i.q. ætas senilis, prævalente sensu infirmitatis
sensatus, -a, -um i.q. sensu pollens, sanus
sensibilis, -e i.q. qui sentiri vel audiri potest
sensibiliter i.q. ut sentiri possit
® **sensficare** = sanæ mentis restituere Gertz S 240, epit 8
sensim 1 i.q. paulatim, pedetemptim (sæpius prævalente sensu `furtim, occulte´) 2 i.q. sensibiliter
sensualis, -e i.q. sensu præditus, sensus ostendens
® **sensualitas** = voluptas, libido Gertz S 386, 14
sensus, -us 1 i.q. vis sentiendi a generatim de variis sensibus videndi, audiendi etc. qui morte vel gravi vulnere exstinguuntur b speciatim de sensu doloris 2 i.q. facultas animi, vis cogitandi, ratio 3 fere i.q. animus
***sententia**, -æ 1 i.q. alicui videtur, arbitrium, voluntas, consilium a generatim b speciatim de suffragiis in electione regis latis 2 i.q. opinio 3 i.q. iudicium a generatim b speciatim de exsecratione 4 i, q.

decretum, lex 5 i.q. proverbium 6 i.q. argumentum, sensus
® **sententialiter** = per edictum, per iudicium Gertz M
® **sentiare** = sententia ferire Gertz S 316, 23; Gertz M = sententiam ferre
sentina, -æ 1 proprie a i.q. fundus navis b i.q. aqua in fundo navis confluens 2 translate de vita luxuriosa et effrenata
sentio, -si, -sum, -tire 1 i.q. sensu percipio a c.abl. b c.obi. c c.acc.c.inf. 2 i.q. intellego, video a c.acc. et ut b c. acc.c.inf. c c. quæstione indir. 3 i.q. existimo, indico a c.acc.c.inf. b c.adv. c c.obi. d c.de
sentis, -is m. i.q. spina, vepres
seorsum 1 i.q. separatim, secreto 2 foris
separatim i.q. divisim, seorsum
separo, -avi i.q. seiungo, secerno; Gertz M separare a lesione = aliquid a laesione impedire
® **sepedictus** qui saepius commemoratus est Gertz S 427, 8
sepelio, -pelivi, -pultum, -pelire 1 proprie i.q. humo, sepulcro condo 2 translate a i.q. quieti mando b i.q. tollo, deleo, perdo
® **sepes** vide **sæpes**
sepono, -sui, -situm, -nere i.q. removeo
septem i. numerale 1 adi. 2 solum ponitur
septennium, -i i.q. septem anni
septentrio, -nis *nonnisi sing. i.q*. septentriones (de parte cæli)
septentrionalis, -e i.q. ad septentriones pertinens 1 adi. 2 subst. m.pl. *e coniectura parum certa* (i.q. septem?)
septenus, -a, -um i. numerale (*vi distributiva omissa*) 1 sing. 2 plur.
® **septimana** (> fr. semaine ; media septimana = fr mercredi). Gertz S 316, 14
septimus, -a, -um adi
septingenti, -æ, -a i.q. numerale
septuaginta i. numerale 1 addito alio numero 2 nude ; Gertz M **septuagesima** *rel. aliquando scriptum* **LXX**
sepulcrum, -i 1 proprie i.q. locus ubi sepelitur homo 2 translate i.q. mors
sepultura, -æ 1 i.q. actus sepeliendi, humatio 2 i.q. sepulcrum, tumulus
sequacitas, -tis de electione pontificis
sequax, -cis i.q. assidue sequitur, comes 1 adi. 2 subst. m.pl.
sequester, -tra, -trum i. qui medius est inter plures 1 nude 215, 26 pax (i.q. indutiæ 220, 13 2 c.gen.= conciliator pacis Gertz S 238, 14
sequestro, -avi i.q. separo, secerno
sequor, -cutus sum, -qui i.q. eo cum aliquo, consector, , comitor 1 sensu locali nondum debilitato a c. acc. rei vel loci qui petitur b c. acc. personæ quam sequitur aliquis 2 *sensu locali evanescente* a c.acc. b c. acc. et abl. 3 sensu hostili i. q. insequor, persequor 4 sensu temporali a c.acc. b abs. 5 de imitatione i.q. consequor, obtempero, præsto *sim.* 6 periphrastice fere i.q. utor, habeo *sim.*
sequens, -tis sensu temporali i.q. posterus, insequens 1 adi. 2 subst.n.pl.; Gertz M sequentia (cantus ecclesiasticus; sequentia = oratio soluta *vide* **prosus/prosa**
® **sequester**, -tra, -trum/, -tris, -tre (< sequor) = concilians / conciliator Gertz M/RH
® **sequestrare** > tumultu seculari sequestratus = procul absens ;aliquem a communione dominici corporis sequestrare = excommunicare

[**sequior,** -ius i.q. deterior 149, 23 -is ordinis vir :legendum equestris ordinis vir ......]
1:**sera**, -æ 1 proprie i.q. instrumentum claudendi, claustrum 2 translate i.q. impedimentum a nude b c. gen.;® cf. serare = claudereRH
2 :® **sera** = vesper cf. serus (fere = tardus) RH
® **serenitas** (appellatio Caesaris): serenitas tua Gertz S 380, 32 ;serenissimus (de regibus et reginis)
serenus, -a, -um 1 adi. a i.q.tranquillus, purus b mitis, lenis 2 subst. n. sing. i.q.tranquillitas
seriatim i.q. per ordines
® **sericum** (= velum sericum quod in terra Serica factum e bombylibus bombycis RH) vide **seta >** teutonice Seide
series, -ei f. i.q. ordo, nonnisi c.gen. earum rerum quæ ordine vel seriatim coniunguntur vel cohærent 1 generatim 2 speciatim a de genere, familia b de eventu, fato, sim. c de scriptis fere i.q. argumentum, summa; in nostra serie Gertz S 221, ant.1, 5 = quod nos attinet RH; series insidiarum = insidiae cohaerentes Gertz M/RH
® **seriose** *adv. medii aevi* (**< serius**) (>< iocose) **= graviter**
serius, -a, -um i.q. verus, gravis *opp*. iocosus 1 adi. 2 substantive a *n.sing*. b *n.plur*. nota <u>iuncturam</u>: per serium 123, 4;*adv*.serio
sermo, -nis m. 1 *generatim de verbis in colloquio factis fere i.q*. locutio, dictum sim. 2 *speciatim a de narratione per litteras tradita* b *de propria cuiusque gentis lingua* c i.q. rumor, fama; Gertz S 236 fragm. sermones = homilia sanctorum; 328, 26 = orationes ad clericos instruendos
® **sermonizari/sermocinari** = garrire, nugari; Georges *etiam* = verbis contendere/concertare Gertz M/ RH
sero, -sevi, -satum, -serere i.q. semino, planto 1 *proprie nonnisi substantive* satum i.q. frumentum quod in agris satum est 2 translate a i.q. in animo semino b de corporeis c per imaginem fere i.q. dico, divulgo;
serotinus *t.t. agriculturae* (aliquae herba quae sero ad maturitatem pervenit) RH/ Gertz M : tempore serotino = multa nocteRH. *vide* **serus**
satus, -a, -um i.q. ortus, natus, editus
serotinus, -a, -um i.q. **serus**
serpentinus, -a, -um i.q. ad serpentem pertinens; Gertz S 67, 12 fere = diabolicus[= serpens aniquus RH];ibidem 414, 27 familia serpentina dicta est de regis comitatu.
serpo, -si, -tum, -ere i.q. repo, translate i.q. irrepo, divulgor
serpens, -tis i.q. anguis
® **serrura** (< sera) (trabs transversa, quae ianuam claudit RH) Gertz S 194, 10 ; cf. clavis et sera RH
serus, -a, -um i.q. tardus, qui tarde venit ;cf. sera = vesper Georges; Gertz M serum = vesper RH; de sero = aliquanto sero; Gertz M *latius*: tempore serotino = multa nocte (significatiione termini agriculturae exstincta RH)
servatio, -nis i.q. salvatio, actus servandi
servator, -is i.q. qui servat 1 abs. 2 c.gen.obi.
servilis, -e i.q. ad servum pertinens
servio, -vi, -tum, -re 1 i.q. inservio, servus sum c dat. 2 i.q. prospicio, consulo 3 i.q. expleo, satio
servitium, -i 1 i.q. status serviendi, servitus 2 i.q. ministerium, officium; Gertz M: = officium militum regis
servitus, -tis f. i.q. status serviendi, servitium opp. libertas; Gertz M : servitus, -utis *rel*.= summa missa RH

servo, **-**avi i.q. conservo, retineo, tueor 1 generatim a c.obi. b c.obi. et ab 2 speciatim a de salvationeChristiana b de acie militari c i.q. asservo, custodio; Gertz S 124, 16 servare = occultare
servus, **-**i i.q. qui in servitute est, alieno dominio subiectus, *opp*.liber, dominus 1 subst. 2 adi.; Gertz S de sancto : servus dei 95, 6 ;servus servorum dei :*sic nominat se papa inde a Gregorio Magno* 246, 1; Gertz M servi = (in monasterio) fratres laici
sessio, -nis 1 i.q. actus sedendi 2 i.q. locus sedendi
sessor, -is i.q. is qui sedet 1 generatim 2 speciatim de equite (qui equo insidet ut Gertz S 414, 7 indicat
® **seta** > teutonice Seide RH
seu vide **sive, -ve**
severitas, -.tis i.q. gravitas, asperitas, duritas 1 c., gen. (personæ vel rei 2 nude)
severus, -a, -um i.q. gravis, austerus, asper
  severe i.q. austere, aspere
sevoco i.q. seorsum voco
sex i. numerale 1 adi. 2 subst. c.gen.
sexageni, -æ, -a i.q. sexaginta (*vi distributiva debilitata*)
sexaginta i. numerale
sextilis, -e i.q. mensis Augustus
sextus, -a, -um i. numerale ordinem indicans
sexus, -us i. id quo animal masculum a femina distinguitur 1 de sexu feminino 2 de utroque sexu
***si** 1 c.ind. a præs. b impf. c fut. d fut. ex. e perf. 2 c. coni. (de iteratione e.g.107, 22) a præs. (vel potentiali vel in oratione obliqua b impf. (pro plusqpf. e. g. 231, 30) nota quæstionem indirectam 112, 12 si quid..esset, ...perlustrandi licentiam tribuit.; Gertz M: si *interrogativum post verba ut*:sciscitari, quærere, interrogare, prospicere, requirere, attemptare, iudicare, explorare *etc.* c perf. d plusqpf. 3 sine verbo : si non..saltem; *nota* <u>iuncturas</u> si non 107, 22 si vero 417, 25 ac si i.q. quasi, quod si [>quodsi Georges : wenn also, nun (*locus non recte indicari videtur*) RH] si forte i.q. fortasse, forsitan; si modo i. q.dummodo
sibilus, **-**i 1 i.q. sonus sibilans, susurrus 2 i.q. convicium
***sic** i.q. eo modo, ita I solum ponitur (nota <u>iuncturas</u> sicque, ne sic quidem) A spectat ad antecedentia B spectat ad sequentia 1 sic...ut 2 *sequitur oratio recta* C *in oratione recta vel obliqua*, *vi demonstrativa i. q.* isto vel illo modo II *respondet aliis adverbiis* A ut...sic (*similitudinem indicans*) B sicut...sic
sica, -æ i.q. brevis gladius, pugio
sicco, -avi i.q. siccum reddo, exhaurio
siccus, -a, -um 1 adi. i.q. aridus 2 subst. n. sing. i.q. siccitas
sicut similitudinem indicat i.q. quemadmodum, velut ; Gertz S :sicut = quasi 345, 21; = quam 426, 23; 1 sententiæ comparantur (c.indic.) a *sequitur* ita b *sequitur* sic c nude 2 *singula verba comparantur* a *sequitur* ita b nude
sidereus, -a, -um i.q. ad sidera, ad solem pertinens
sidus, -eris n. i.q. signum cæleste, stella 1 generatim 2 speciatim a de sole b de luna; Gertz S = oculus 23, 52 ; Gertz S tropice de egregiis hominibus 17, 6
sigillum, -i 1 i.q. parvum signum ad litteras obsignandas 2 i.q. imago, de ornamentis vestitus
signaculum, -i i.q. sigillum; nota :signaculum crucis Gertz S 114, 21; ibidem 265, 25 = signum crucis
signatorius, -a, -um i.q. ad obsignandum pertinens
significatio, -nis i.q. signum, iudicium

significo, -avi i.q. iudico, declaro, ostendo 1 c. obi. 2 c.acc. et dat. 3 c.acc. c.inf.
signo, -avi 1 i.q. signo aliquo noto 2 i.q. significo, indico; Gertz S signare fere = circumdare ut quasi sigillo muniatur 332, 9
signum, -i 1 generatim i.q. indicium quo aliquid cognoscitur a c.gen. obi. b abs. (vel c.alio gen. 2 speciatim a de sonu pugnam vel aliud militare (ut receptum, navigationem sim.) indicans b de signo exercitus i.q. vexillum c de prodigio vel miraculo; Gertz S signa fidei id est baptismus et cetera sacramenta; signa = campanæ 350, 19
silentium, -i i.q. reticentia, taciturnitas 1 generatim 2 speciatim de tranquillitate nocturna
sileo, -ui, -ere i.q.taceo 1 transitive 2 intransitive
  silenter i.q. tacite; Gertz M susurranter RH
silex, -icis m. (f.?) 1 generatim i.q. lapis, saxum 2 speciatim a de saxo ex quo ignis excuti solet b in imagine
siliqua, -.æ i.q. folliculus, involucrum quo continentur legumina
® **sillogismus** *vide* **syllogismus** *et* **sophisma** Gertz M/RH
silva, -æ i.q. locus arboribus consitus
silvestris, -e 1 i.q. silvam habens, arboribus abundans 2 i.q. qui est in silva 3 i.q. silvæ similis 4 i.q. arboreus
similis, -e i.q. eiusdem generis, consimilis, æqualis 1 adi. a c.dat. b sine dat. 2 n.pl. substantive
  similiter i.q. simili modo ; 255, 29 sequitur ut
similitudo, -inis eadem species, forma 1 c.gen. obi. 2 c.gen.subi. 3 c.adi. 4 nude
® **simonîa** = ambitus (lex de ambitu iam Cic.) Gertz M/RH
simplex, -icis 1 i.q. unius modi, qui una re constat, opp. multiplex 2 i.q. purus 3 i.q. apertus, sincerus. minime callidus
  simpliciter 1 i.q. non varie 2 i.q. pure, sincere
simplicitas, -tis 1 i.q ratio rei simplicis, non variæ 2 i.q. ingenuitas, sinceritas animi, fatuitas :78, 16 opp. sapientia.
® **simplus**, -a, -um (*cf.*semel /duplus), *subst.* simplum >< duplum; simpla, -ae *sc.* emptio RH ; Gertz M = purus
simul i.q. eodem tempore 1 solum ponitur 2 c. aliis particulis coniungitur a simul ac b simul et b simul et...et d simulque e simul cum f cum...simul
simulacrum i.q. imago, forma, effigies 1 de statuis a deorum b regum 2 de umbris monstrosis sive de manibus 91, 13 defunctorum 3 translate de homine 41, 5
***simulanter** i.q. ficte, simulate
simulatio, -nis i.q. fictio, vana ostentatio 1 c.gen.obi. 2 sine gen.
® **simulatorie** adv >< veraciter
***simulo**, -avi 1 i.q. simile facio, imitor c. obi. 2 i.q. fingo, mentior a c.obi. b c.acc.c.inf. c c.inf.
simultas, -tis i.q. inimicitia, odium
® **simultim = simul**
simus id est cognomen Simus
sin i.q. sed si, sin vero (c.coni. iterationis 467, 5) 1 *antecedit* si a nude b *additur* autem 2 *non antecedit* si b *additur* autem
® **sinaxis** (= synaxis) : conventus ad officium divinum celebrandum > ipsum officium ;> contemptim: decantatio horarum 320, 14 Gertz S

sinceritas, -tis i.q. puritas, integritas 1 c.gen. 2 sine gen.
sincerus, -a, -um i.q. purus, integer, incorruptus;
sincere i.q. integre, incorrupte, **si(y)ncerissime**
***sine** c.abl. i.q. absque; Gertz S 316, 15 sine mensale : Gertz abl. opinatur.; Gertz M = præter
® **sincopare** *vide* **syncopare**
singillatim i.q. singulatim, per singulos
singularis, -e 1 i.q. unus, solus, unicus 2 i.q. eximius, præstans 3 i.q. præcipius, suus opp. universorum, generalis, multorum
singulariter i.q. solus, pro se quisque
singulatim i.q. singillatim, per singulos
singuli, -æ, -a i.q. unusquisque pro se, separatim ab aliis 1 adi. 2 subst. a masc. *opp*. universi ; c.gen. : 325, 9 ; b neutr. Gertz S pro pronomine quisque(uterque)
singultus, -us i.qi. motus citus et creber stomachi et sæpti transversi 1 ex gravi humore 2 in morte
sinister, -ra, -rum 1 i.q. lævus a adi. b subst. f. sing. (sc. manus) 2 i.q. pravus, perversus 3 i.q. malus, fatalis, infestus
sinistre i.q. male, infeliciter, infeste
sino, -vi, -tum, -nere i.q. patior, fero a c.obi. et inf. act. b c.acc. c.inf. (pass.) c c.inf. d abs.
® **sinodalis** (= synodalis) < synodus = conventus ecclesiasticus Gertz S 131, 6
sinum, -i n./ sinus-i m. i.q. vas fictile, vas
® **sinuatim** = in complures sinus
sinuo, -avi i.q. tendo : (arcum sinuat/tendit ;serpens sinuatur in arcus Georges/RH)
sinuosus, -a, -um i.q. plenus sinuum, flexuosus 1 de ora maritima 2 de viis 3 de anguibus
sinus, -us m. i.q. flexus 1 maris vel fluminis 2 vestimenti 3 corporis 4 in imagine
*__siquidem__ 1 i.q. enim, nam(*primo vel secundo sententiæ loco ponitur*) 2 fere i.q. ita 3 pæne supervacaneum videtur 144, 25 ; Gertz M = scilicet;= nam, enim, ceterum
siquis vide **si**
sisto, -steti, -statum, -sistere [ad stare traxi e.g. 143, 17] 1 proprie a i.q. stare facio, facio c.obi. b i.q. statuo, constituo, colloco 2 translate i.q. compono, instituo; Gertz M: iunctura iuris: *personam standi in iudicio non habuit vide* **persona**
status, -a, -um i.q. fixus, stabilis
sistrum, -i n. i. instrumentum musicum, fere i. q. fides, lyra
siticulus, -a, -um i.q. sitiens
sitio, -ivi, -itum, -ire i. q. siti laboro 1 transitive i.q. valde cupio 2 intransitive, nonnisi metonymice
‡**sitibundus**, -a, -um i.q. sitiens
sitis, -is f. 1 proprie i.q. bibendi cupiditas 2 translate de qualibet cupiditate
® **situla** = urceus/urna 79, 10 (teutonice :der Krug) RH
1 situs, -us m. 1 i.q. condicio loci, positio a c.gen. b abs. c c.adi. 2 i.q. status, collocatio a c.gen. b abs. 3 fere i.q. forma, species
2 situs, -us m. i.q. illuvies, squalor sim.
3situs, -a, -um i.q. positus, collocatus 1 proprie de loco a adi. b c. sum coniungitur 76, 12 2 translate
*__sive__ particula disiunctiva 1 semel ponitur a fere i.q. vel b notione disiunctiva vanescente fere i.q. et 2 sive...sive a fere i.q. vel....vel b *notione disiunctiva vanescente fere i.q*. et...et ; sive quia...sive quia: 286, , 29 sive quod....sive quia : 378, 22 3 sive...seu 506, 14-15

seu i.q. sive 1 semel ponitur i.q. vel 2 seu...seu a sine verbo 423, 30 b *c. coniunctivo (potentiali) coniungitur*; Gertz S *notat* seu...seu = simul...simul? 111, 2
® **soboles** = filius Gertz S 156, hymn.12 vide **suboles**
sobrietas, -tis temperantia eius qui vino, cerevisia sim. abstinet (opp. crapulæ, temulentiæ) 1 abs. 2 c. gen.
® **sobrina/ sobrinus** : fr. cousine/cousin RH
sobrius, -a, -um parcus vini, cerevisiæ sim.
sobrie de mente eius qui sibi in potando temperat
socer, -i m. pater uxoris
socialis, -e 1 i.q. sociorum 2 i.q. communis 3 i.q. coniunctus, geminus 4 i.q. civilis
societas, -tis I generatim i.q. communio, coniunctio, consociatio A hominum 1 c.gen. 2 sine gen. 3 c. cum B rerum c.gen. II speciatim A i.q. sodalitas, amicitia 1 c.gen. 2 sine gen. B i.q. coniuratio C de coniunctione coniugali D metonymice
socio, -avi i.q. iungo, coniungo, sæpe fere i.q. misceo, addo (*nusquam c.* cum *coniungitur*) 1 c.acc. et dat. 2 c. obi. (sine dat.) 3 c.acc. et abl. 4 c. acc. et inter
*__socius__, -a, -um 1 adi. i.q. consors, communis 2 subst. (fere semper masc.) sodalis, comes, amicus, popularis a c.gen. b sine gen., fere semper de auxiliis bellicis
socordia, -æ i.q. ignavia, inertia 1 c.gen. 2 sine gen.
sodalis, -is m. i.q. commilito, socius
sodalitas, -tis 1 i.q. societas, contubernium 2 i.q. convivium (lingua nostra `gilde´)
sol, -is m. 1 de ipso sidere 2 de lumine vel radiis eius
solacium, -i i.q. consolatio, solamen; Gertz S 305, 8 = auxilium, præsidium
solamen, -inis i.q. solacium
® **solarium** 1 solarium (*sc.*horologium) 2 tectum planum < solarius, -a, -um 3 solarium (*sc.*vectigal) Georges; Gertz M = tabulatum summum (monasterii), tabulatum ubi fenum servatur
solatium, -i i.q. solacium 1 c.gen. 2 sine gen.
solea, -æ i.q. planta pedis, solum
*__soleo__, -itus sum, -ere i.q. consuevi 1 c.inf. 2 abs.
solitus i.q. consuetus, assuetus 1 subst. a c.inf b abl. n. *c. comparativo coniungitur* 2 adi.
‡**solidativus**, -a, -um i.q. firmus, validus
soliditas, -tis i.q. firmitas, duritia; Gertz M = consolidatio *t.t. iuris* = usus et fructus alicuius fundi RH
solido, -avi i.q. solidum facio, firmo 1 proprie 2 translate fere i.q. augeo; Gertz S 158, seq.15 = sanare
solidus, -a, -um 1 adi. a proprie de humo vel loco i.q. continuus, firmus, magnus b translate de viribus corporis vel animi i.q. constans, firmus 2 subst. n.i.q. solum, fundus
solitarius, -a, -um i.q. solus, unicus, sine comitibus 1 de hominibus 2 de actu e.g. navigatio 42, 18
solitudo, -inis 1 de loco deserto 2 de statu eius qui solus et derelictus est
solium, -i i.q. sella regalis, thronus
sollemnis, -e 1 adi. a i.q. sanctus, celeber b i.q. consecratus c i.q. solitus, vulgaris 2 subst. n. i.q. feria, de diebus festis, celebritas a c.gen. b sine gen.
sollemniter i.q. more sollemni, cum celebritate; Gertz M = magnifice
sollemnitas, -tis i.q. celebritas, qua dies festus celebratur
® **sollemnium** = solemnitas = magnificentia Gertz M
® **sollempnizare** = sollemnium agere Gertz S 163, II, 1

sollers, -tis i.q. sagax, peritus

sollerter i.q. sagaciter

sollertia, -æ i.q. prudentia, peritia 1 c.gen. a aliquam artem indicante b personam indicante 2 nude

sollicitatio, -nis i.q. concitatio (ad tentandum)

*__sollicito__, -avi I i.q. provoco, excito, lacesso A generatim 1 c.obi. 2 *additur* ad 3 *additur* in B speciatim 1 i.q. dimicatione lacesso 2 i.q. ad seditionem allicio 3 vox magica de manibus evocandis II notione lacessendi evanescente, fere i.q. adeo, rogo, precor 1 c.obi. 2 c. de 3 c. super

sollicitudo, -inis i.q. angor animi, ærumna, cura 1 abs. 2 c.gen. obi.; Gertz M = **sollicitatio** *quod vide*

sollicitus, -a, -um i.q. anxius, inquietus, cura affectus 1 abs. 2 c. de 3 c. abl. 4 c.inf.

sollicite i.q. anxie, inquiete

solor, -atus sum, -ari i.q. consolor, recreo

® **solotenus** = humi Gertz S 61, 1; = ad solum 155, 5; Gertz M solotenus prosternere, evertere = aequare

solstitium, -i i.q. media æstas

solum, -i 1 i.q. humus, terra 2 i.q. terra, aridum opp. mare 3 i.q. ager, regio, terra

*__solus__, -a, -um i.q. solitarius, unus, sine aliis 1 generatim 2 speciatim cum numeralibus coniungitur, nota dumtaxat additur 474, 35; Gertz M = praeter ceteros

*__solum__ i.q. modo, tantum 1 sine negatione 2 c.negatione :non solum...sed, non solum...sed et, non solum ... sed etiam, nec solum...sed et, nec solum ...sed etiam, non solum...sed ne..quidem, non solum... verum et, non solum...verum etiam, neque (enim) solum..verum etiam; Gertz S 141, 2 solummodo = solum, modo

solutio, -nis i.q. actus solvendi, de debitis solvendis 1 c.gen. 2 sine gen.

solvo, -vi, -utum, -vere 1 i.q. libero a c.abl. b abs. sc. navem i.q. navigo, vehor 2 i.q. dissolvo, rumpo a generatim b speciatim de re militari vel civili, fere i.q. dimitto 3 i.q. laxo 4 i.q. expleo 5 i.q. pendo a proprie b translate; Gertz S proponit = diluere, absolvere 22, 40, 162, 32 ; (ut debitum) dare 156, hymn.2

solutus, -a, -um 1 i.q. dissolutus 2 i.q. fractus

® **somniator =** qui somniat

somnium, -i i.q. visum in somno

somnus, -i i.q. sopor, quies

sonitus, -us m. i.q. sonus

sono, -ui, -itum, -are i.q. strepitum edo

sonoritas, -tis i.q. clarus sonus

sonorus, -a, -um i.q. clare sonans

sonore i.q. cum claro sono

sons, -tis i.q. nocens, noxius 1 adi. 2 subst.

sonus, -i i.q. sonitus, strepitus, vox 1 c.gen. 2 sine gen.

sopio, -vi, -tum, -re 1 proprie i.q. dormire facio, soporo a c.abl. b sine abl. 2 translate i.q. sedo

® **sophisma, -**ta = captioRH *teutonice* Trugschluß

® **sophisticatio** = dolosum inventum Gertz M/RH

sopor, -is m. 1 i.q. somnus altus 2 i.q. segnities

sorbeo, -psi, -bere i.q. haurio, translate i.q. imbuor ;consecrare RH

® **sorbile** Gertz S 331, 21, 24 = sorbitium

sorbitio, -nis i.q. actus sorbendi

